

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Parmenides, vel, de uno rerum onbium principio, et de ideis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechteinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechteinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

dum ò Euthyphro si uoluisses, summam eorum qua rogabam explicuisses, sed satis apparet, quam non promptus et libens ad me docendum accedas: & nunc utiq; cum in hoc esses, resisterbas: quòd si respondisses, fortassis dudum sanctitatem abs te didicissem: nunc autem (neesse est. n. interrogantem interrogatum sequi quacumq; ducit) quid tandem dicis sanctum esse, atq; sanctitatem? nonne scientiam quandam uouendi, atq; sacrificandi? **EVT.** Equidem. **SOC.** Nonne sacrificare est munera dijs offerre? **Vo**uere autem, à dijs petere? **EVT.** Et maxime quidem ò Socrates. **SOC.** Scientia ergo & dijs dandi, & ab ijs petendi hoc quidem pacto sanctitas erit. **EVT.** Perpulchre ò Socrates quòd dicebam intellexisti. **SOC.** Auidus sum ò amice sapientia tua, mentemq; adhibeo, nec excidere quicquam patiar frustra. At mihi dicas oro, quamnam hæc est ministratio erga deos? An esse dicis ab ijs petere aliquid, & ijs dare? **EVT.** Certè. **SOC.** Rectè ab illis petere, nonne est ea petere quibus egemus? **EVT.** Quid ergo? **SOC.** Rectè aut dare, ea quibus indigent illis offerre? Neque enim scitum esset ea alicui quibus non indiget elargiri. **EVT.** Veras narras ò Socrates. **SOC.** Mercatura igitur ò Euthyphro inter deos & homines mutua quaedam sanctitas erit. **EVT.** Mercatura, si sic nominari lubet. **SOC.** At nihil mihi placet, nisi sit uerum. Die ergo, quamnam dijs ex manneribus nostris utilitas. Nam que ipsi dent, nemo est qui ignoret. Nihil. n. nobis est bonum quin illi præbeant: qua uero à nobis accipiunt, quid illis conferunt? An tanto ipsis in hac mercatura præstamus, ut cū nos omnia ab illis bona suscipiamus, ipsi nihil à nobis boni reportent? **EVT.** Num opinaris ò Socrates deos ijs qua à nobis accipiunt, aliqua ex parte iniuari? **SOC.** At quid tandem erunt hæc nostra dona dijs oblata? **EVT.** Quid putas aliud quam honorem, uenerationem, & ut modo dixeram gratiam? **SOC.** Est igitur ò Euthyphro placitum modo dijs sanctū, non aut uile, aut amicū? **EVT.** Reor equidem maxime omnium amicū. **SOC.** Igitur sanctum rursus ut uideo est, quòd sit dijs amicū? **EVT.** Maxime. **SOC.** An est mirum igitur cū hæc dicis, quòd rationes tibi nequaquam consistunt, sed vacillare potius uidentur, ac me ueluti Dædalum culpæ, quòd eas nutare compellam? cum tamen ipse longè admodum artificiosior sis quàm Dædalus, dum ipse facis ut sermones in circulo reuoluantur. An non sentis orationem rursus in idem resuere? Meministi in superioribus sanctū & dilectum deo haud eadem, sed diuersa inuicem apparuisse? **EVT.** Memini. **SOC.** Nunc uero nequaquam animaduertis te sanctum deo amicū dicere: hoc aut nihil aliud est quàm deo dilectum. An non? **EVT.** Omnino. **SOC.** Ergo aut tunc non rectè concessimus: aut si rectè tunc, modo non rectè iudicaremus. **EVT.** Videtur. **SOC.** Igitur à principio rursus quid sanctum sit, examinandum est. Nam ego antequam discam, uolens ac libens ad stare nequaquam uerebor. Sed ne me contemas, imò mentem penitus adhibens quammaximè tunc exprime ueritatem. Nosti enim si quis hominū alius. Neque dimittendus es, quemadmodum Proteus, priusquàm dixeris. Nam nisi liquido sanctum ac prophanum nouisses, nunquam mecenarij cuiusdam gratia, uirum senem & patrem ut reum mortis persequi statuisses, sed deos timuisses, ne fortè minus id rectè aggredereris, atque ho-

minum conspectum ueritas esses. Nunc autem noui quòd sanctum & prophanum nosse plane opinaris. Dic igitur optime Euthyphro, neq; nos celes quid ipsum esse putes. **EVT.** Aliàs ò Socrates, nunc iam alio propero: hora. n. est ut abeam. **SOC.** Quid agis amice? Magna de spe me nunc abiens deiecisti, qua sperabam abs te quid sanctum, quid non sanctū discere, atq; ita Meliti accusatorum euadere, ostendens illi quòd ab Euthyphrone diuinarum sapientiam adeptus fuerim, neque uicarius ex mea rudiq; sententia nouum aliquid de diuinis inducturus sim, sed reliquum omne tempus rectius sim uicturus.

PARMENIDES,

VEL. DE VNO RERVM OMNIUM
PRINCIPIO, ET DE IDEIS.

MARSILII FICINI
ARGUMENT.



V M PLATO per omnes eius dialogos totius sapientie semina sparsit, in libro de Republica, cuncta moralis philosophiae instituta collegit, omnem naturalium rerum scientiam in Timæo, uniuersam in Parmenide complexus est theologiam: cuius in alijs longo intervallo ceteros philosophos antecesserit, in hoc tantum se ipsum superasse uidetur, & ex diuina mentis adytis intimoq; philosophia sacratio caeleste hoc opus diuinitus deprompsisse. Ad cuius sacram lectionem quisquis accedet, prius sobrietate animi mentis libertate se præparet quàm atreclare mysteria caelestis operis audeat. Hic enim diuus Plato de ipso uero subtilissime disputat, què admodum ipsum unum rerum omnium principium est, super omnia, omniaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud. Ad huius quèd super essentiam est, unius intelligentiam gradatim ascendit. Unum quippe in triplici ordine reperitur. In ijs que sentiunt, atque sensibus subijciuntur, & sensibilia nominantur. In ijs etiam que semper eadè sunt, & intelligibilia nuncupantur, non sensibus amplius, sed sola mente percipienda. Nec in ijs tantum, uerum etiam supra sensum & sensibilia, intellectumq; & intelligibilia ipsum unum existit. Quamobrè hoc in dialogo Zeno Eleates primo Parmenidis Pythagorici discipulus unum esse in sensibilibus probat, ostendens quòd si hæc multa essent, nullo modo unius natura participantia, errores plurimi sequerentur. Deinde Socrates Zenoni non repugnans quidem, sed cum altius eleuans, ad considerationem unius & uniatum què in rebus intelligibilibus insunt, perducit, ne in hoc uero quòd sensibilibus inest, moretur. Ex hoc igitur ad Ideas inuestigandas perueniunt, in quibus rerum unitates consistunt. Postremo Parmenides ipse senior haud quaqua Socrati contradicens, sed inchoatam contemplationem eius absoluens, integram Idearum explicat rationem. Vbi quattuor de Ideis quæstiones inducit. Primo utrum sint. Secundo quorum Idea sint, & quorum minime. Tertio quales sint, quam uerum habeant. Quarto quò ab ijs que infra se sunt, participantur. Hinc iam ad unum quòd super intelligibilia & Ideas existit, ascendit ipse, nouemq; de illo suppositiones adducit, quinque si unum sit, quattuor si non sit unum, quærens quid utrinque sequatur. Hæc uero suppositiones à triplici unius, & duplici ipsius non esse partitione ducuntur. Unum quippe triplex, super esse, in esse, post esse reperitur. Ipsius uero non esse gemine considerationi subijcitur. Aut enim nullo modo esse, aut partim esse, partim non esse quis cogitat. Prima itaque suppositio tractat, si unum super esse existit, quid circa illud ad ipsum, & ad alia sequitur. Secunda, si unum in esse est, quò se habet ad seipsum atq; ad alia. Tertia, si unum sub esse ponitur, quid illi ad seipsum atq; contingit. Quarta, si unum super esse consistit, quomodo se habent alia & ad se & ad unum. Quinta, si est illud unum cum esse locatur, quid alijs ad se, & ad illud accidit. Sexta, si non est unum ita ut partim sit, partim minime sit, qua se rone ad se et ad alia habeat. Septima, si non est unum ita ut nullo modo sit, quo pacto se habet ad seipsum atq; ad alia. Octaua, si non est unum ita ut partim sit, partim non sit, quid alijs ad se, et ad illud eueniat. Nona, si non est unum ita, ut nullo modo sit, quid alia ad se, et ad illud denique patiatur.

Novem suppositiones de uno.

Hic uidetur desicere una alia suppositio, quæ dicit, si unum sub esse ponatur quò se habeant alia, & ad se, et ad unum?

In ijs

In ijs omnibus generatim intendit Parmenides potissimum hoc asserere, quod unum omnium principium sit: eoq; posito, ponatur omnia: sublato autem, interimantur. Itaque in primis quinque suppositiuius bus quinque rerū gradus posito vno in rerum ordine tradit. In quatuor vero sequentibus inquit quot absurda, quot errores, quantaq; mala ipso vno sublato sequantur. Prima ex quinque superioribus de vno supremoq; Deo differit, quomodo procreat disponitq; decem sequentium ordines. Secunda de singulis deorum ordinibus, quo pacto ab ipso deo proficiantur. Tertia de diuinis animis. Quarta de ijs, quae circa materiam sunt, quomodo à superius causis producuntur. Quinta de materia prima, quemadmodum suapte natura si eicetum est expers, & à primo vno dependet. Illud insuper aduertendum est, quod in hoc dialogo cum dicitur unum, Pythagorae eorum more quaeque substantia à materia penitus absoluta significari potest, ut deus, meus, anima. Cum vero dicitur aliud & alia, tam materia quam illa quae in materiam sunt, intelligere licet. His ergo praemis adque seruatis, ad ipsum dialogum veniamus.

Unum.

Aliud & alia.

CEPHALVS, ADIMANTVS,
ANTIPHO, GLAUCO, PYTHODO:
RVS, SOCRATES, ZENO,
P ARMENIDES.



Occasio dialogi.

VM domo è Clazomenis Athenas profecti essemus, iuxta forū Adimantum & Glauconē offendimus. Et manum meam phendens Adimantus, Salue, inquit, ò Cephalē, & si quo indiges quod nostra facultatis sic, dic. At ego, inquam, ad

id veni, quia vestra opera indigebo. Expone, inquit, quid sit quo indiges. Tū ego, Fratri vestro germano quod nomen erat? non .n. memini. Erat .n. fermē puer, quando primum huc è Clazomenis accessi. longū verò intercessit temporis intervallū. Patri tamen eius Pyrilampes nomen fuisse arbitror. Prorsus, inquit, ipse verò nomē Antipho. sed quid potissimum quaris? Hi, inquā, concius mei ardentes sunt sapientia amatores, audieruntq; hunc Antiphonē diu Pythodoro Zenonis socio familiariter usū, rōnes quas quondam Socrates, Zeno, atq; Parmenides inuicem pertractarunt, cum à Pythodoro frequentius accepisset, memoria retinere. Vera, inquit, dicis. Has itaq; audire desideramus. Haud difficile est, inquit. nā dum esset adolescentulus, eas diligenter meditabatur. Nunc verò apud aū, cui idē est nomen, circa rem equestrem vt plurimum versatur. Caterū, si opus est, ad eū proficiscamur. modo .n. hinc domum abijt. habitat autē propē in Melita. Cū haec dicta fuissent, accessimus, domiq; inuenimus Antiphonē frenū quoddam aptandum fabro tradentē. Postquā verò ab illo discessit, & fratres adueniens nostri causam retulerunt: agnouit me quod prius illuc accessissem, & cōplexū me salutauit. Nobis autē oratibus, ut disputationē illā referret, primo quidē recusabat. esse enim opera non mediocris. deinde tamen exposuit. Dicebat ergo Antipho, Pythodorū narrasse, Zenonē atq; Parmenidē venisse quondā ad magnorū Panathenaeorum celebritatē, & Parmenidē iam senē atq; canum, aspectu decorum fuisse, annos fermē quinq; & sexaginta atatis agentem: Zenonē verò annos pene quadraginta natum, procerō insuper, & grato corporis habitu: dicebatur autē in delicijs Parmenidē esse. Diuertisse verò apud Pythodorū extra mēnia, in Ceramicō, ac eōdem aduentasse Socratē, aliosq; eū Socrate plurimos scripta Zenonis audire cupientes: tunc .n. primum ab illis aduēctā. Socratem

Verò eo tempore admodum iuuenem extitisse, legisse autē illis Zenonem ipsum. Parmenidem enim fortē extrā domum fuisse. Sic parum superfuisse legendum Pythodorus aiebat, cum intrasset domum ipse vna cum Parmenide & Aristotele, qui de triginta viris vnus fuit. Itaq; pauca quae legenda restabant, audisse: Veruntamen à Zenone prius omnia percepisse.

SOCRATEM igitur, cum ea audiisset, primam sermōnis hypotesim relegere iussisse: ac ea leeta, sic intulisse. Quomodo id dicis, ò Zeno, si multa sunt quae sunt, oportere ea similia, atque dissimilia esse. est .n. impossibile. Neq; enim vel dissimilia similia, vel similia dissimilia esse possunt. Nōne sic dicis? Sic certē, respondisse Zenonem. Nōne si impossibile est, dissimilia similia, aut similia dissimilia esse, impossibile est etiam multa esse? Nam si multa essent, impossibile quiddam eis accidat. Nū hoc sermones tui volunt? neq; aliud quicquam intendunt, quā per omnia asserere non esse multa, huiusq; ipsius vnamquāq; rationem coniecturam esse putas, ac totidem coniecturas attulisse te censēs, quot rationes attulisti, quod multa non sint? Sicne dicis? An ipse non rectē percipio? Imò respondisse Zenonem, optime quid haec scripta sentiant, intellexisti. Intelligo dixisse Socratem, ò Parmenides, quod Zeno hic non amicitia solium conspirare vult tecum, sed ijs etiam quae composuit. Idem enim quodammodo quod & tu scripsit: Verum per mutatione quadam nos decipere tētat, quasi aliud quā tu dicat. Nam tu in poëmatibus vnum vis esse hoc totum quod est, atque huius argumenta quam pulcherrima exhibes. Hic verò multa esse negat, coniecturas & ipse permultas ac validas praebens. Dum ergo alter vnum dicit, alter non multa, & eum in modum vterq; loquitur, vt non videantur idem inferre, cum tamen eadem fermē dicant, videntur nobis ista suprā nos dici. Ita est, ò Socrates, dixisse Zenonem. non omnino tamen rem tennes, quamuis cen canes Lacena benē insequeris & vestigas dicta. Primum enim hoc te fallit, quod se tollant id circō scripta, vt si, quod tu putas, cateri consequi nō possint, magnum quiddam sit nobis confectum. Sed quod quasitum tu putas, vltro sic euenit. Sunt enim haec reuera conscripta in suffragium Parmenidis, aduersus eos qui illum carpere nituntur, dicentes: si quidem vnum sit omne, ridicula plurima huic opinioni, ac etiam sibi penitus repugnātia euentura. Oppugnat igitur eos scriptum hoc qui multa esse volunt, ac plura vicissim obijcit, vt pateat multo absurdior a ex opinione illorum sequi, quod scilicet multa sint, quā ex opinione Parmenidis quod sit vnum, si quis diligenter examinarit. Ob hanc itaq; contentionem in ipsa iuuentute librum composui, quem surripens quispiam edidit antequam consultare mihi liceret, an edendus esset in lucem, necne. Id ergo te fugit, ò Socrates, quod existimas non iuuenili contentione, sed senili ambitione scriptum fuisse. Veruntamen, vt dixi, non ineptē coniecisti. Accipio, inquit Socrates, & puto sic se, vt dicis habere.

DE IDEIS QVAEDAM.

SED hoc mihi responde, putasne esse per se speciem quandam similitudinis? & huic aliam quandam contrariam dissimilitudinis speciem? in quibus duabus & ego & tu participemus, & alia

d iij qua

qua utiq; multa vocamus? atq; ea quacunq; in similitudine participant, similia fieri eatenus, quatenus participant? qua verò dissimilitudine dissimilia, & qua utrisque utraque? Quòd si omnia utrisq; contrarijs existentibus participant, in eo quod utroq; participant, similia & dissimilia inter se sunt, quid mirum? Si quis enim ipsa similia dissimilia esse diceret, vel dissimilia ipsa similia, monstrum quoddam, ut arbitror, diceret. Sin autem participantia in utrisque quippiam utraque pati assereret, nihil mihi, ò Zenon, mirandū esse videretur. Neque etiam id mirarer, si quis cuncta vnum diceret ex eo quod in vno participant, atque hæc eadem rursus multa, quia multitudine quoque participant. At si quod ipsum vnum est, hoc ipsum multa esse ostenderit, & ipsa multa vnum, iam summopere admirabor. Ac de cæteris oibus eodem modo. Nam si genera ipsa, & species in seipsis ista contraria recipere dicat, admiratione profecto dignum erit. Etenim si quis me vnum ac multa esse demonstraret, nihil mirum. si quidem volens multa me asserere, dixerit alia esse dextera mea, sinistra alia, alia anteriora, alia posteriora, & superiora deniq; ac inferiora similiter: multitudinis quippe, ut arbitror, particeps ipse sum: vnum verò me ostendere volens, dixerit, quod e nobis qui septem sumus, ego vnus homo sim, vnius particeps, similiter nihil mirum. Quamobrè vera utraque affirmantur. Si ergò quippiam talia conetur, vnum & multa eadē demonstrare, lapides videlicet, ac ligna, & reliqua huiusmodi, vnum & multa ipsum ostendisse fatebimur, non tamen vnum multa, neq; multa vnum, neq; mirabile quippiam dixisse, sed quod oēs confiteremur. At si quis eorū qua paulo antè dixi, primū species ipsas secundum seipsas seorsum distingueret, veluti similitudinem, dissimilitudinem, multitudinem, vnum, statum, motum, ceteraq; huiusmodi, deinde in seipsis ista cōmisceri feceritq; posse assereret, obstupescerem equidē, ò Zenon. Et si ea que scripsisti, ut vnum fortem decet, pertractata esse reor, multo tamen magis mirarer atq; letarer, si quis posset hanc eandem quæstionem in ipsis speciebus penitus implicitam, quemadmodum in rebus que videntur, expositum est, ita & in ijs qua ratione comprehenduntur, clarius explicare. Dum hæc Socrates diceret, aiebat Pythodorus se putasse Parmenidem & Zenonem in singulis esse aduersus Socratem indignatos, eos autē summa quadam attentione auscultasse, ac frequenter alterutrum respicientes subrisisse, quasi Socratem admirantes. Vnde cum finem Socrates loquendi fecisset, dixisse Parmenidē, ò Socrates, quàm dignus es admiratione propter impetum illum disputandi.

VERVM mihi dicas oro. Tu ita, ut dicis, seorsum quidem ipsas species discreuisti, seorsum etiam speciebus participantia, videturq; tibi quiddam esse ipsa seorsum similitudo, cuius & nos participes sumus, & quiddam seorsim vnum, quiddam seorsim multa, & omnia quacunq; nuper à Zenone audisti. Mihi quidem videtur, Socratem respondisse. Num talia quadam inquis, rogasse Parmenidem, ceu iusti speciem quandam ipsam per seipsam, & pulchri, & boni, atq; oium deniq; talium? Prorsus. Nunquid speciem hominis seorsum à nobis, & cæteris eiusdem generis, & ignis etiam, & aqua speciem? Sæpenumero, inquit Socrates, in hæc

sum ambiguitate versatus, vtrum de ijs perinde ut de superioribus dicendum sit, an secus. Vtrum de ijs etiam dubitasti, ò Socrates, que ridicula forte quis putet, sicut de pilis lutæ, & macula, & alijs ignobilissimis rebus atque vilissimis? num ambigis vtrum ponenda sit horum cuiusque separata species, aliud quiddam ab illis existens, qua nos pertractamus, an non? Nullo pacto, inquit Socrates: sed qua videmus hæc & sunt: speciem verò quandam illorum esse putare, forte nimis ridiculū esset. Aliquando tamen hæc me cogitatio perturbauit, ne quid forte sit in omnibus idem: sed vbi paulisper institi, inde rursus discessi, metuens ne in nugas nullis vquam verbis explicandas mersus perirem, vnde reuersus ad ea que species habere prædiximus, circa illa iam versor. Iuuenis adhuc es, ò Socrates, necdum te Philosophia complexa est. Amplectetur autem, ut mea fert opinio, quando nihil istorum neglexeris, nunc verò ad opiniones hominum ob atatem respicis.

HOC igitur mihi dic. Videnturne tibi, ut aiebas, species quadam existere, & ea que illis participant, illarum cognomenta sortiri? Veluti similitudine participantia similia, magnitudine magna, pulchritudine atq; iustitia, pulchra & iusta vocari? & maxime quidē, inquit Socrates. Nonne quodcumq; speciei particeps sit, vel totam speciem vel partem participat? An est alius pter istos participandi modos? Et quis alius? Socrates ait. Vtrum videtur tibi tota species in vnoquoq; multorum esse vna existens? an aliter? Quid prohibet esse vnam? vnum ergò & idē in multis seorsum positus, totū simul vnum erit, atque ita ipsum à seipso seorsum existet. Nequaquā, inquit Socrates. Verum sicut dies vnus deniq; vbiq; semel adest, nec ipse tamen à seipso secernitur, ita nil prohibet quālibet spēm vnam & eandē simul multis adesse, nec tamē à seipso secerni. Belle ò Socrates vnum idem simul in multis ostendis, ac si multos hoīes velo te gens, dicas vnum in multis totum esse. nonne tale quiddā dicis? Forfitan. An ergò totum velamen singulis, vel pars eius alia alteri aderit? Pars. Diuisibiles igitur, inquit, ò Socrates, spēs erunt, & q̄ illis participant, partē capient, nec amplius in quolibet tota, sed pars cuiusq; vnum erit. Sic apparet. Quid igitur, nūquid dices vna spēm reuera & diuidi, & vnam esse? Nullo modo. Cōsidera itaq; si ipsam magnitudinē partiaris, & vnumquodque plurium magnorum parte magnitudinis minore quā ipsa sit, magnum erit, nonne procul à ratione videbitur? Prorsus. Quid verò, ipsius æqualis parte vnumquodque paruum participans, habebit quo minore existente quā ipsum æquale, id quod habet æquale alicui sit? Impossibile. Sed & aliquis nostrū ipsius parui partem habebit, qua ipsum paruum maius est, quippe cū ea pars ipsius existat, atque ita ipsum paruum maius erit. Id autem cui ablata pars adicitur, minus erit, & nihilo maius quā antea fuerit. Istud inquit fieri non posse. Quo igitur modo, ò Socrates, ait, cætera speciebus participabunt, cū nec secundū totas, neque secundū partes participare queant. Per Ionē non leue quiddā hoc ad determinandum mihi quidem videtur. Ad illud autē quid ais? Quòdnam? Reor te idcirco quālibet speciem putare vnam, quia cum plura quādam magna abs te videntur, vna quaedam forsan idea tibi videtur oīa perspicenti

cienti, unde ipsum magnum unum esse putas. Vera dicitur. Quid si ipsum magnum atq; alia quae magna sunt animo, eodem modo consideres per omnia? nonne unum quiddam magnum iterum apparebit, quo haec omnia magna videri necesse est? Apparet. Idcirco alia iam magnitudinis species praeter ipsam magnitudinem, & participantia magnitudine, iterum elucebit, & in ijs omnibus alia rursus, quae uniuersa sint magna, nec amplius unaquaeq; species una erit, sed numero potius infinita. At forsitan, inquit Socrates, quilibet harum specierum notio quaedam est, nec alibi esse quam in ajs. potest. sic. n. unaquaeq; una erit, nec contingent quae tu dicebas. Quid ergo? inquit. qualibet notio una est? notio aut nullius notio? At hoc impossibile. Sed cuiusda? Cuiusda? sanè. Existens, vel non existens? Existens. Nū unius cuiusda, quod notio illa in oibus sequens intelligit, ideam unam? Prorsus. Præterea nonne species erit, hoc quod intelligitur unū esse, semper in oibus eadem? Necessarium hoc quoq; videtur. Quid verò? inquit Parmenides, an non necesse est, cū cetera speciebus participant, ex notionibus unūquodq; constare, & intelligere singula? Vel cū sint notiones, nihil tamen intelligere? Sed neq; id, inquit, rationem habet, verū quā maximè sic ista mihi se habere videntur, has quidē species tāquam exēplaria in natura consistere, cetera verò ijs similia fieri, atq; esse simulacra, nec aliter ista speciebus participare, quā quod illis similia sunt. Si quid igitur, ut ais, speciei simile est, nū possibile est spēm ipsam non esse similem eius quod ipsi simile factū est, quatenus ipsi factū est simile? An cogitari pot simile non esse simili simile? Non certè. Simile aut nonne eiusdem speciei necessario particeps est, cuius & illud cui simile sit? Necesse est. At quo similia participantia similia sunt, nonne illud ipsa species erit? Oīno. Nō igitur pot quicquam speciei simile esse, nec species alteri. Nam praeter ipsam speciem, species alia semper emerget: quod si illa cuiquam sit similis, alia rursus. nec unquam progressus iste cessabit, quin noua species semper occurrat, si species participantis similis sit. Verissima loqueris. Non ergo per similitudinem cetera speciebus participant, sed alius quidam praeter ea querendus est participandi modus. Apparet. Cernis, o Socrates, quāta sequitur ambiguitas, si quis species quae spēs sunt. ipsas secundū se distinguat? Et maximè, inquit. Scitō insuper te nondū, ut ita dixerim, comprehendere, quanta sit difficultas si unāquāq; rerum speciem segregatam ab alijs ponas. Quō id, inquit? Multa quidem alia sunt: sed hoc est maximum: quia si quis illas nec nosci oportere contendat, cū sint tales quales esse debere species dicimus, eum sanè qui ista dicat, nemo possit redarguere, nisi multarum rerū penitus & ingeniosus sit, qui isthuc contendat, paratusq; pterea sequi demonstrantem, & plurima longa ambage inferentem. persuaderi autem non poterit, qui ignotas illas esse contendat. Cur, o Parmenides, ait Socrates. Quoniam, o Socrates, & te arbitror, & quemuis aliū quicunq; essentiam quandam ipsam secundum se existentem ponit, eam in nobis esse non fore concessurum. Quo enim pacto, inquit Socrates, ipsa secundum seipsam esset? Recte loqueris. Nonne igitur quocunq; ex ideis inuicem respiciunt quae sunt, ipsa ad seipsas essentiam habent, non autem ad ea quae circa nos sunt, seu simulacra, siue

quomodocunq; illa quispiam nominet, quibus nos participantibus singula esse denominamur? Quae verò circa nos sunt illis equiuoca, ipsa similiter ad seipsa non ad species sunt, & sui ipsorum non illarum quaecunq; rursus similiter nuncupantur. Quomodo dicitur? inquit Socrates. Veluti si quis nostrum alicuius dominus aut seruus sit, non ipsius domini quod dominus est, seruus existit, neque ipsius serui quod seruus est, dominus est qui dominus dicitur: sed haec utraque est tanquam homo. Ipsa verò dominatio seruitutis ipsius existit id quod est, & ipsa iterum seruitutis eodem modo ipsius dominationis est seruitutis: nec ea quae nobis insunt ad illa, nec etiam quae illic sunt, ad nos referuntur: sed, ut dixi, ipsa sui ipsorum & ad seipsa sunt, & quae hic sunt similiter ad seipsa respiciunt. Intelligi sine quod dico? Prorsus intelligo. Nonne & scientia ipsa quod scientia est, illius ipsius quod est veritas, scientia est? Omnino quidem. Qualibet rursus scientiarum quae est quod est, alicuius existentium est scientia, an non? Profecto. Scientia verò nostra, nonne veritatis quae circa nos, scientia erit? Et rursus, unaquaeq; nostra scientia, uniuscuiusque eorum quae circa nos sunt scientia? Necesse est. Veruntamen ipsas species neque nos habere, neque circa nos esse posse assentiri? Non profecto. Nunquid scientia specie genera singula noscuntur? Certè. Quam speciem nos haud habemus. Non certè. Nulla igitur species à nobis cognoscitur, cū ipsius scientia participes minimè simus. Non apparet. Ignorū itaque nobis ipsum pulchrum, & ipsum bonum est, & omnia denique quae ut ideas esse supponimus. Videtur. Considera & hoc etiam grauius. Quidnam? Num facteris, si est ipsum quiddam scientia genus, multo id praestantius futurum hac nostra scientia, & ipsam pulchritudinem ac reliqua eodem pacto? Imò. Nonne si quid aliud est ipsius scientia particeps, nullum nisi deum dices supremam habere scientiam? Necesse est. Num poterit deus cū ipsam scientiam sit amplexus, hac nostra dignoscere? Cur non? Quoniam, inquit Parmenides, confessi sumus, o Socrates, neque species illas ad nostra vim habere quam habent, neque nostra etiam ad superna, verum utraque ad seipsa referri. Consensimus planè. Ergo si apud deum suprema ipsa dominatio est, atque ipsa suprema scientia, nunquam aut dominatio ipsa nobis dominabitur, aut ipsa scientia nos, vel aliud nostrorum quicquam cognoscat: sed & nos similiter dijs minimè imperabimus imperio nostro, neque diuinum quicquam scientia nostra percipiemus. Et illi item eadem ratione nec nostri erunt domini, neque res humanas cū dijs sint, animaduertent. At nonne valde mirabilis, inquit, hic sermo videbitur, si quis deum cognitione priuauerit? Hac quidem, o Socrates, inquit Parmenides, aliaque praeter haec multa necesse est speciebus contingere, si quidem haec rerum ideae sint, & aliquis unamquāque harum, cū ex se sit, ab alijs separet. Unde vacillat quisquis hac audit, ac dubitat, ne forte ideae nihil sint omnino: vel si sint, necesse sit eas humana natura ignotas esse, adeo ut qui haec dicit, cū dixisse aliquid videatur, mox illud, ut paulo ante patebat, mirum & incredibile videri. & viri admodum ingeniosi esse, percipere posse quod nam sit ipsum per se cuiusq; genus, et ipsa secundū se essen-

Ipsum pulchrum & ipsum bonum nobis ignotum.

tia cuiusq. necnon mirabilioris viri officium esse, hac postquam inuenerit, alios docere posse, sufficienter omnia discernentem. Assentior ò Parmenides, inquit Socrates: quæ enim dicis, menti meæ mirifice consonant. Veruntamen, inquit Parmenides, si quis prædictis rationibus motus species rerum existentium auferat, neq. speciem ipsam vnusquisq. distinguat, haud sanè reperiet, quò conuertat intelligentiam, cum non permiserit ideam vnusquisq. rerum existentium eandem semper existere, & in hunc modum differendi etiam facultatem funditus subuertet. Talem quandam rationem tu quoq. præcipue sensisse mihi videris. Vera dicis. Quid itaq. de philosophia facies? quò his ignoratis te vertes? Haudquaquam discernere id in presentia videor. Priusquam te exercitaris, ò Socrates, definire aggredieris, quid pulchrum, iustum, bonum, & aliarum qualibet specierum, hoc enim pridem animaduerti, hic te audiens vnà cum hoc Aristotele disputantem. Pulcher sanè atq. diuinus, mihi crede, impetus iste tuus, qui ad rationes se fert. Ceterum collige teipsum, diligentiusq. te in ea facultate exerce, quæ inutilis esse videtur multis, & quadam garrulitas nunc cupatur, dum iuuenis es, alioquin te veritas fugiet. Quis est igitur exercitationis huiusmodi Parmenides? iste, inquit, quem à Zenone audisti. Sed etiam illud tuum aduersus hunc dictum miratus sum, cum diceres non in ijs quæ oculis percipiuntur, eorumq. errore cogitationem sistere oportere, sed ad ea conscendere, quæ quis maxime ratione comprehendere, ac verè esse putaret. Quia mihi videtur, inquit, non esse arduum, hoc pacto similia videlicet, atque dissimilia, ceteraue qua rebus existentibus competunt, explicare. Et probè quidem dixisti. Est autem præter hoc, illud etiam obseruandum, vt non modo si est aliquid supponas, ac deinde qua proueniunt ex suppositione consideres: Veruetiam si non sit, supponas, si modo rectè exercitari velis. Quo pacto id ais? Verbi causa, si velis circa istam suppositionem quam Zeno inuexit, si multa sunt, quid euenturum est ipsis multis ad seipsa & ad vnum, & vni ad seipsum & ad multa. Ac rursus si non sunt multa, iterum considerandum quid accidat vni atque multis, tum ad seipsa, tum inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinem, vel non esse, quid potissimum ex vtraq. suppositione contingat, tã ijs quæ supposita sunt, quam ceteris omnibus ad seipsa pariter, atq. inuicem. Eadem quoq. de dissimilitudine ratio est, de motu, statu, generatione, corruptione, esse, atq. non esse, & vt vno verbo complectar, de quocunq. supponitur aut esse, aut non esse, siue quamuis aliã passionem suscipere: consideranda sunt quæ ex suppositione proueniunt ad seipsum, & ad quodlibet aliorum quodcunq. elegeris, & ad plura, & ad vniuersa similiter, & alia rursus ad seipsa atq. ad aliud quodcunq. assumpseris, siue vt existens, siue vt non existens ipsum posueris, si modo absolutè exercitatus veritatè sis penitus inspecturus. Arduum, inquit, opus narras, nec te omnino intelligo. Quin tu ipse infers aliquid, illo ipso modo percurrens, vt clarius intelligam? Grande, ò Socrates, onus seni imponis. Tunc Socrates, cur non ipse, ò Zeno, hanc rē discitis? Cui Zeno, subridens respondit, Ipsum, ò Socrates, oremus Parmenidem, neque enim leue quiddam est, quod ait. An non vides quantum sit negotiū,

quod iubet? Quòd si plures essemus, haud sanè id postulare deceret. Indecorum nanque huiusmodi quædam in conspectu multorum tractare, atque id seni præcipue. Ignorant enim multi quòd absq. hoc per omnia velut discursu & errore impossibile sit mentis veritati coniuncte compotem fieri. Ego igitur, ò Parmenides, vnà cum Socrate precor, vt & mihi etiam liceat tanto tempore transacto hæc audire. Cum verò hæc intulisset Zeno, aiebat Antipho dixisse Pythodorum, se quoq. & Aristotelem, ac reliquos omnes obsecrauisse Parmenidem, vt quod dixerat, demonstraret, neque aliter faceret. Tunc demum Parmenides, necesse est, inquit, obtemperare, etsi mihi videor in id quòd passus est Ibycius equus, incidere. Cui & athleta & seniori, curruum subituro certamen, & propter experientiam euentum extimescens, Ibycius ipse se conferens, inuitus, inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogor. Eadem ratione ego mihi admodum trepidare videor, cum cogito quo pacto iam grandis natu tam profundum differendi pelagus transnatare queam. Obsequendum tamen, cum & Zeno ipse roget: idem enim sumus. Vnde igitur incipimus? quidue primum ponemus? An vultis postquam negotiosum ludum ingressi sumus, à me ipso meaq. positione in primis exordiar, de ipso vno, inquam, siue vnu sit, siue non, quid accidat? Prorsus, inquit Zeno. Quis igitur mihi respondebit? An iunior? minus enim negotij præbebit: & quæ ipse sentit, maxime respondebit, vt eius responsio minus me defatiget. Paratus sum, ò Parmenides, Aristoteles inquit, me nanq. significas, dum iuniorem respondere iubet. Sed age, vt lubet, interroga me, tanquam libentissime responsurum.

DE VNO.

AGE igitur si vnum est, non vtiq. multa erit ipsum vnum. Qui sit enim? Neque igitur partem esse illius aliquam, neque totum ipsum esse oportet. Curnam? Pars vtiq. totius pars est. Quid vero? Nonne totum est, cui nulla pars deest? Prorsus. Vtrunque igitur ipsum vnum ex partibus esset, totumq. existens, ac partes habens. Necesse est. Vtrunque rursus ipsum vnu multa potius, quam vnum esset. Verum. Oportet autem non multa, sed vnum ipsum existere. Oportet sanè. Itaque nec totum erit, neque partes habebit, si vnum fuerit ipsum vnum. Non certe. Si nullam habet partem, nec principium etiam, neque finem, neque medium habebit. partes enim ipsius hæc essent. Probe. Quinetiam principium & finis, termini cuiuslibet sunt. Quidni? Infinitum igitur ipsum vnum, cum principio fineq. careat. Infinitum. Ergo & absque figura: neque enim rotundi, neque erecti particeps est. Cur? Rotundum porro, id est, cuius extrema vndique à medio æquè distant. Id nempe. Rectum vero cuius medium extremis vtrisque è regione est. Sic est. Nonne partes haberet ipsum vnum, multaque esset, si recta vel circularis figura esset particeps? Omnino quidem. Idcirco neque rectum est, neque rotundum, cum partes etiam nullas habeat. Rectè. Quinetiam cum quale sit, nusquam est. nam neque in alio, neque in seipso esse potest. Quamobrem? Si in alio esset, circulo quodam ab eo in quo esset, concluderetur, passimq. ab illo, ac multis partibus tangeretur. At cū vnum imparti-

Equus Ibycius.

Prima suppositio, si vnum sit, intelligenda est si vnu. Nam verbū Est, apponitur gratia orationis.

Rationes quibus pellitur idē esse se.

bile sit, & rotunditatis expert, impossibile est multifariam circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset, ipsum seipsum complecteretur, nō aliud quiddam quam ipsum met existens: si quidem in semetipso sit. non enim potest quicquam in aliquo esse, quin ab illo etiam comprehendatur. Impossibile certe. An non aliud quiddam esset ipsum ut comprehendens, aliud ut comprehensum? nunquam enim idem ipsum totum utraq, hæc simul pateretur et ageret. quo fit, ut ipsum unum non unum ulterius, sed duo sit: Est ut dicis. Nusquam igitur est ipsum unū, quandoquidem nec in alio, nec in semetipso est. Nusquam. Considera, quæso, nū quod huiusmodi est, aut stare aut moveri possit. Quid nū possit? Quoniam quod movetur, vel fertur, vel alteratur, hi quippe soli sunt motus. Esto. Si ipsum unum ex eo quod est alteretur, impossibile est iam esse unum. Impossibile. Idcirco secundum alterationem non movetur. Non, ut apparet. Nunquid secundum progressionem? Fortassis. Atqui si ipsum unum feratur, vel in eodem motu spherico circumfertur, vel locum alium ex alio mutat. Necessè. Nōne quod circulo circū fertur, in medio consistere oportet, atq, alias sui partes quæ circa medium volvantur, habere? Cui vero nec medium, neq, pars ulla convenit, quō id cogitari potest in circulo circa medium volvi? Nullo pacto. An locum transiens, alius alibi sit, atque ita movetur? Fortè. Nū esse ipsum in aliquo, ut impossibile iam redargutum est? Est. An non multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Non intelligo satis. Si in aliquo aliquid sit, necessè est nundum in illo penitus esse, si quidem adhuc in illo continet, nec etiam extra. illud prorsus extare, si quidem in eo iam fiat. Necessè est. Si ergo aliud quicquam hoc patitur, id solum patitur, cuius partes aliqua sunt. partim enim in illo iam est, quod patitur interim extra. quod autem nullis partibus constat, nunquam in aliquo totum esse, ac totum simul abesse poterit. Vera. Quod vero neque partes habet ulla, neque totum est, multo magis etiam impossibile est, siue secundum partes, siue secundum totum alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo pergens, nec alicubi ingrediens locum mutat, neq, in eodem reuolutum, neq, etiam alteratum. Non videtur. Secundum quemlibet igitur motum immobile est ipsum unum. Immobile. Præterea ipsum unū in nullo esse posse assueverimus. Assueverimus. Haud igitur aliquando in eodem est. Quamobrè? Quoniam iam in illo esset, in quo eodē est. Prorsus. At vero nec in seipso, neq, in alio ipsum unum esse poterat. Non certè. Nunquam igitur ipsum unum in eodem existit. Nunquam, ut videtur. Quod vero nunquam in eodem existit, neq, quietem agit, neq, stat. Neq, enim possibile est. Idcirco ipsum unum nec stare, neq, moveri videtur. Non apparet. Item nec alteri, neq, sibi ipsi etiam idem est, rursusq, nec à seipso, nec ab alio quodam alterum. Quid ita? Si à seipso alterum sit, ab uno alterum esset, nec esset unum. Vera. Etsi alteri idem fuerit, illud quidem erit, nec ipsum quod est, quapropter nec ulterius erit ipsum quod unum, sed aliud quiddam præter unum. Sic est. Ideo idem alteri vel à semetipso alterum dici nunquam debet. Nunquam planè. Sed neq, alterum ab alio esse potest, donec unum est: neq, enim uni congruit, ut ab aliquo alterum sit, sed solum quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli convenit.

Probè. Ex eo igitur quod unum est, non erit alterum. An putas? Nequaquam. Quod nisi hoc, non seipso: si non seipso, neque ipsum. Ipsum vero nullo modo alterū existens à nullo alterum est. Rectè. Neque sibi ipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius unius natura, q, ipsius eiusdem natura est. Quare? Quia nondum quum idē sit aliquid alicui, unum efficitur. Qua de causa? Quod multis idem sit, multa, non unum fieri necesse est. Verū. At si ipsum unum atque ipsum idem, nihil discreparet, quoties quid idem fieret, unūquodque semper efficeretur: quotiesq, unum, semper & idem. Et maximè quidem. Quapropter si ipsum unum sibi idem fuerit, nō unū sibi existit: atque ita unum existens, non unum erit. Impossibile id quidem. Impossibile igitur ipsum unum, aut alterum ab alio, aut sibi ipsi idem esse. Impossibile. Hæc itaque ratione unum, nec idem, nec alterum, aut sibi, aut alteri esse poterit. Nō profectò. Sed neq, simile, neque dissimile cupiam, aut sibi, aut alteri. Quam ob causam? Quia simile est, cui idem quidam accidit. Nepe. Ipsum tamen idem ab uno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certè. Verū tamen si quid præter id quod est unum esse, ipsum unum recipit, patitur iam plura esse quam unum. Id autem impossibile est. Ita. Ob hanc causam nunquam ipsum unum, idem esse, vel sibi, vel alteri patitur. Nō videtur. Ergo nec simile aut sibi idem, aut alteri esse potest. Sic apparet, Nihilō tamē magis esse alterum sustinet. etenim plura quam unū esse contingeret. Plura sanè. Quod alterum vel à se, vel ab alio sit, dissimile quoque aut sibi ipsi aut alteri cuius efficitur. quippe cum illud etiam quod idem esse recipit, simile fiat. Probè. Vnde ipsum unum cum nullo modo susceperit alterum, nūquam quoq, dissimile siue sibi idem, siue alteri fiet. Nunquam profectò. Quamobrè nec simile, neq, dissimile unquā aut sibi, aut alteri, ipsum unū est. Non, ut videtur. Præterea cum huiusmodi sit, nec æquale etiam, nec inæquale cuiquam vel sibi, vel alteri. Quid ita? Quod æquale est, earundem mensuratum est, quarum & illud cui æquale dicitur. Sic est. Quod maius est vel minus, quo ad illa quibus commensurabile est, minoribus quidem plures mensuras habet, maioribus autem pauciores. Certè. Quibus autem incommensurabile, quo ad hæc quidem minorum, quo ad illa vero maiorum mensurarum erit. Quid dicit? Nōne impossibile est, quod nullo modo ipsius eiusdem est particeps, aut mensuras easdem, aut aliud quoduis idem sortiri? Impossibile. Itaque nec sibi, nec alteri erit æquale. quippe cum mensuris eisdem non utatur. Minimè, ut apparet. Quinetiam si pluribus aut paucioribus mensuris circumscribetur, totidem partibus quot & mensuris constabit: rursusque non amplius unum erit, sed tot potius, quot & mensurae insunt. Rectè. Quod si unius mensura sit, æquale trique ipsi mensurae fieret. Veruntamen impossibile esse apparuit ipsum unum æquale cuiquam esse. Apparuit certè. Quod igitur nec unius mensura est particeps, neque multarum, neque etiam paucarum, nec illo modo ipsius eiusdem, nunquam sibi ipsi, ut videtur, erit æquale, nec etiam alteri, nec maius præterea aut minus, vel semetipso, vel alio. Sic prorsus se habet. An fortè antiquius, aut iunius aliquo, vel etiam coetaneum ipsum

Alia est natura unius, quam eiusdem.

Æquale quid.

Latitudo & alteratio motus soli sunt.

Quod circulo movetur, in medio consistere.

Pati per partes.

Prime positi...

ipsum vnum apparet? Quid prohibet? Id sanè. Quoniã si eandem atatem vel secum vel cum alio quopiam ager, aequalitate & similitudine temporis participabit. ostensum est tamen, nec aequalitatem, nec similitudinem ipsi vni ullam adesse posse. Ostensum profecto. Nonne hoc quoq; diximus, nec inaequalitatis neq; dissimilitudinis cõpos existere? Quam maxime. Quo igitur pacto quod hmoi est, senius aut iunius aliquo vel etate par vlli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum vnum non iunius, nõ senius, non etate par aut ad seipsum aut ad aliud erit. Nõ apparet. Item nec in tempore etiam ullo pacto ipsum vnum cum tale sit, erit vquam. Etenim necesse est quicquid est in tempore, seipso semper senius fieri. Necesse. Et quod senius, semper iuniori senius. Cur non? Itaq; quod seipso fit senius, seipso etiam simul iunius fit: siquidem aliquo senius esse debet. Quomodo dicitis? Hoc modo, diuersum alterum alteri nihil fieri oportet, diuersum quum iam sit, sed iam existentis iam esse, prateriti praterisse, futuri fore. eius verò quod fit, nec praterisse, nec fore, nec esse, diuersum est: sed fieri, nec aliter esse. Necesse est. At verò senius oppositum quiddam est iuniori, nec alteri penitus vlli. Est. Quod ergo seipso fit senius, necesse est simul quoq; seipso iunius fieri. Videtur. Quinetiam nec longiori seipso tempore, neq; breuiori fieri, sed per equale semper tempus secum ipso fieri, & esse, & fuisse, futurum esse, ac fore. Necessaria quoq; hæc sunt, Necessariũ ergo videtur, quodlibet eorum quæ in tempore sunt, atq; hoc tali participant, eandem secum ipso etatem agere, ac senius seipso simul & iunius fieri. Apparet. Ipsi verò vni nulla prorsus ex ijs passionibus accidit. Nulla. Nullius ergo temporis particeps, nec in aliquo tempore. Non sanè vt ratio dicitur. Quid igitur: ipsum erat, fuit, fiebat nonne participationem temporis quandoq; prateriti significare videntur? Quinimò. At verò erit, fiet, factum fuerit, an non futurum nobis designant? Futurũ. Est aut & fit, presentis sunt temporis nota. Omnino quidem. Si ergo ipsum vnum nullo prorsus participat tempore, nec fuit vquam, nec fit, neq; est, neq; fiet, neq; factũ erit, neq; erit. Verissima hæc sunt. Nũ potest quicquam essentia aliter quàm secundum istorũ aliquod participare? Non aliter. Nullo modo igitur est ipsum vnum. Haudquaquam videtur. Non itaq; ita est vt sit vnum. esset. n. iam ens & essentia particeps: imò vt videtur ipsum vnum neq; vnum est, neq; est, siquid huic rationi credendum. Apparet. Et verò quod non est, nõ est vel ipsi vel ipsius aliquid? At quò? Non itaq; nomen illi est, non sermo, non scientia quaedam, non sensus, non opinio. Non videtur. Quapropter nec nõ atur, nec dicitur, nec opinione cogitatur, nec cognoscitur, neq; ab aliquo ex ijs quæ sunt, sentitur. Haud sanè videtur. An possibile est ista circa ipsum vnum sic se habere? Non, vt mihi videtur.

Secunda sup
positio cir-
ca vnum si sit

Videtur igitur ad ipsius positionis principium redeamus, considerantes si quid forte redeuntibus nobis aliter se habere videatur? Volo equidem. Nonne si ipsum vnum est, confessi sumus quæ circa illud eueniant, cuiusmodi esse oporteat? Profecto, Meditare iterũ a principio: vnum si est, nõquid possibile est ipm esse, essentia verò nequaquam participare? Impossibile. Essentiam aut vnius, non idem quod ipsum vnum erit. alioquin si idem, non vtrũ illius essentia esset, neq; ipsum vnum

illa participasset, sed quoties proferretur vnum esse, simili quiddam significaretur, ac si vnum diceremus. Nunc aut non est hmoi positio nostra, scilicet si vnum, quiddam euenturum sit, sed si vnum est, nonne ita? Prorsus sic est. Nonne ita dicitur, tanquam aliud significet ipsum est, aliud ipsum vnum? Necesse. Nunquid igitur cum vnum esse compendio dicimus, aliud ea oratio significat, quàm vnam essentiam communicare? Omnino. Rursus itaq; dicamus, vnum si est, quiddam contingat. Age id aduerte. An non necesse hanc suppositione ipsum vnum eiusmodi predicare quasi partes habeat? Quomodo modo? Hoc pacto. Si esse de vno ente dicitur, & ipm vnum de ente vno, est aut idem essentia & vnum, eodem existente vno quod supposuimus, nonne necesse est totũ quiddam vnum ens ipsum esse, eiusq; partes tam vnum quàm esse existere? Necesse. Vtrum verò vtrũq; harũ partium partem duntaxat appellamus? An partem totius partem predicare oportet? Totius. Totum igitur est, quod vnum est, ac partem habet. Penitus. Quid aut? num hæc partes vnius entis, scilicet vnum & ens, ita se inuicem deserunt, vt ipsi enti vnum, & ipsi vni ens desit? Nõ certo. Igitur vtrũq; pars & vnum simul & ens completitur: adeo vt pars qualibet ex duabus saltem particulis constituatur: & secundum eandem rationem quæcunq; particula occurrit, vtrũq; semper in ea claudatur. etenim vnum semper ens, & ens vnum mutuis nexibus amplectitur. Vnde quum vbiq; in quavis particula duo emergant, necesse est nunquam vnum existere. Omnino. Nonne hac ratione vnum ens, infinita multitudo erit? Videtur. Age quæso, & hac perge. Quæ? Diximus vnum essentia participare inquantũ est? Diximus. Et ob hanc causam vnum ens multa esse apparuit? Sic est. Quid aut, si ipsum vnum quod essentia particeps esse diximus, ipsum secundum seipsum solum intelligentia cogitemus, seorsum ab illo quo participare prædiximus? nõquid vnum solum apparebit? Vel etiam multa hoc ipm? Vnum solum puto. Consideremus iam & aliud quiddam, alterum quiddam esse necesse est ipsius essentiam, alterũ verò ipsum. siquidem non essentia ipsum vnum, sed vt vnum, essentia participat. Necesse est. Quod si alterum essentia, alterũ vnum, ipsum vnum non ex eo quod vnum, ab essentia, alterum est: neq; essentia inquantum essentia, ab vno est altera: sed per id quod est ipsum per se alterũ, & ipsum per se aliud, altera sunt inuicem. Prorsus. Quamobrem ipsum alterum nec vni nec essentia idẽ est. Verum. Quid ergo? si ex istis elegerimus siue essentiam & alterũ, seu essentiam & vnum, siue vnum & alterum, nõne in qualibet assumptione eliciemus aliqua quæ iure ambo appellari poterunt? Quo modo? Hoc modo inquam. licetne essentiam dicere? Licet. Rursusq; dicere vnum? Et istud. Nonne vtrũq; illorum dictum est? Dictum vtrunq;e. Quoties essentiam & vnum dico, an non ambo dico? Dico. Et si essentiam atq; alterum, siue alterum atque vnum, nõne in ijs singulis ambo dico? Prorsus. Quæ verò ambo recte appellata sunt, nunquid possunt ambo esse, neq; tamen esse duo? Nequaquam. At quæ duo sunt, cogitare ne ita possunt, vt non illorũ vtrũque vnum sit? Minimè. Quoniam igitur ista simul duo sunt, idcirco vnumquodq; vnum existit. Videtur. Si vnumquodlibet eorum est, & vtrũq; vnum mutuo quodam

An unũ &
ens sit idẽ.

Quod unũ
circa essen-
tiam etiam
fit multa.

conius

coniugio inuicem est connexum, nonne tria uniuersa re-
sultant? Maxime. Tria uero nonne imparia, duo autem
paria? Qui dicit? Et cum duo sint, nonne necesse est etiam
bis adesse: & cum tria, ter? siquidem duobus inest bis
vnum, tribus uero ter vnum. Necesse. Duobus denique
existentibus ac bis, necesse est duo bis esse: & tribus exi-
stentibus atque ter, nonne necesse est rursus tria ter esse?
Qui dicit? Quid uero? tribus existentibus atque bis, &
duobus atque ter existentibus, necesse est tria bis esse, ac bis
tria? Necesse est non. Erunt igitur pariter paria, impe-
riterque imparia, necnon imparia pariter, & impariter pa-
ria. Certè. Si hoc ita se habent, nonne putas vllum nume-
rum relinquere, qui non necessario illic inest? Nullum, idcirco
si est vnum, necesse est et numerum esse. Proculdubio. Itè
si numerus est, multa utique sunt, & infinita entium par-
ticipatio, aut non infinitus numerus, multitudinem etiã par-
ticipatio essentia fit? Maxime. Quod si totus ipse numerus
est essentia particeps, unaquaque et particula numeri es-
sentia participabit. Prorsus. Per omnia ergo quae multa
sunt, essentia distribuitur, nec ab aliquo eorum quae sunt,
abest, seu minimum hoc sit, siue maximum. Atque id du-
bitare absurdum est. quo modo. n. essentia ab aliquo eorum
quae sunt, abesse potest? Nullo. Diuisa est igitur quoad
fieri potest, in minima & maxima, atque in omnia quae quo-
modocunque sunt, maximeque omnium distributa, & in-
finita sunt essentia partes. Sic se res habet. Plurima igitur
illius partes sunt. Plurima certè. Quid uero? est
ne quicquam ex istis quod quidem pars essentia sit, non
tamen pars ipsa vnum quiddam sit? At quo pacto id fieret?
Verum postquam, ut arbitror, est, necesse est ipsam sem-
per quandiu est, vnum aliquid esse, nihil autem esse impos-
sibile est. Absque dubio. Non solum ergo uniuersa essen-
tia, sed illius etiã singulis partibus vnum adest, partem
nullam deserens, siue maior illa quidem, seu minor sit, siue
quomodocunque se habeat. Sic est. Nunquid cum sit
vnum, ubique simul est totum? Diligenter id considera.
Considero, atque hoc esse impossibile video. Diuisum itaque
nisi totum. Neque enim aliter uniuersis simul essentia par-
tibus, quam diuisum aderit. Sic est. Caterum quod
partibile est, necessario totidem sunt, quot sunt partes.
Necessario. Hac de causa, haud rectè paulo ante diceba-
mus essentia in partes plurimas distributa: quippe cum
non in plures, quam ipsum vnum, sed pares discretas sit.
Neque enim ens vni neque vnum enti deest, sed duo haec potius
per omnia penitus coquantur. Omnino sic apparet. ipsum
itaque vnum ab essentia distributum infinita multitudo est,
patet. Non modo igitur vnum ens multa est, sed & ip-
sum vnum ab essentia distributum multa esse oportet. Opor-
tet sanè. Quinetiam ex eo quod omnes partes, totius partes
sunt, terminatum secundum totum vnum erit. An non
comprehenduntur omnes à toto particulae? Comprehenduntur.
Quod autem comprehendit, terminus est. Est. Propterea
vnum ens, vnum quodammodo est, & multa, totumque &
partes, necnon finitum, et multitudinem infinitum. Apparet.
Nonne cum terminatum sit, extrema quoque habet? Necessa-
rium est. Praeterea si totum est, principium mediumque &
finem habebit? Num totum aliquid absque istis tribus
reperiri potest? Et siquid ipsorum ab eo quod vnum distat,
totumne alterius erit? Minime. Quamobrem principium
mediumque & finem vnum habet. Habet. Medium ue-

ro aequo interuallo ab extremis vndique distat, non enim
aliter esset medium. Non certè. Praeterea quum tale sit
vnum, figura cuiusdam est particeps, seu recta siue rotun-
da, siue alterius ex utrisque composita. Particeps proculdubio.
Quinetiam si huiusmodi est, ipsum in seipso et in alio erit.
Quoniam pacto? qualibet pars in toto est, nec extra totum
penitus vlla. Est. Singulae ne partes sub toto claudun-
tur? Ita. At vnum cunctae suae partes existit, nec quid-
plus minusue quam uniuersa. Sic est. Nonne & totum
vnum est? Qui dicit? Si omnes partes toto clauduntur, estque
omnia vnum & ipsum totum, continentur autem sub to-
to singula, ab vno utique vnum continebitur, atque ita
vnum ipsum in semetipso iam erit. Videtur. Verumamen-
totum in partibus minime est, neque in omnibus, neque in
aliqua. si enim in omnibus, necesse est & in vna: et si
in vna quadam non sit, in cunctis esse non poterit. Si autem
hoc quidem vnum cunctis constat, & in eo totum, non
vno, quo pacto amplius in omnibus erit vnum? Nullo.
Sed nihilo magis in partibus quibusdam. Nam si quibus-
dam totum inest, maius in minori erit. Id autem impossibile.
Impossibile. Cum igitur totum, nec in pluribus, nec in una,
neque etiam cunctis in partibus sit, an non necesse est ipsum,
vel esse in alio quodam, vel nusquam existere? Necesse.
Nonne si nusquam sit, nihil penitus erit? et tamen cum totum
sit, neque sit in seipso, restat ut consistat in alio? Penitus.
Qua igitur vnum totum est, in alio est: quae uero omnia
partes eius sunt, & ipsum cunctae partes, est ipsum in se-
ipso, ideoque necesse est vnum, tum in seipso, tum etiam in
alio esse proculdubio. Et cum talis sit unius natura an non
necessario sequitur, ut stet atque etiam moueatur? Quare na?
Stat quippe, siquidem ipsum in seipso consistit. Etenim
inharens vni, nec ex eo digrediens, in eodem est in semet-
ipso. Est profecto. Verum quod in eodem semper est, stare
semper oportet. Oportet. At quod in alio semper, contra
necesse est nunquam in eodem esse: si nunquam in eodem,
nunquam praeterea stare: quod uero non stat, moueri oporteret.
Sic est. Necesse est igitur vnum, cum in seipso semper
& in alio sit, semper quoque stare atque moueri. Videtur.
Quinetiam idem oportet ipsum sibi ipsi esse, & à seipso al-
terum, & quo ad alia similiter idem & alterum, si mo-
do quae supra dicta sunt, competunt. qua ratione? Sic enim.
vnum quidem ad quodlibet habet, ut vel idem cum eo sit,
vel diuersum: si nec idem, nec aliud, pars utique erit eius
erga quod ita se habet, velut ad partem, eritque totum. Pa-
tet. Nunquid ipsum vnum suipsius pars est? Nequa-
quam. Non igitur quo ad seipsum totum erit, quasi pars sui
sit. Neque enim possibile. An forte alterum est vnum ab
vno? Minime. Non itaque à seipso alterum. Non certè.
Si nec alterum nec totum neque pars quo ad seipsum est, quid
iam aliud restat, quam ut idem sibi sit? Istud ipsum.
Quid uero? quod alibi est, quam ipsummet in eodem exi-
stens in semetipso, nonne cogitur alterum à seipso fieri, si
quidem alibi, quam ipsummet existat? Mihi quidem vi-
detur. Huiusmodi plane patuit esse vnum, in seipso scili-
cet, & in alio esse. Patuit profecto. Ex hoc igitur constat
vnum esse à seipso alterum. Videtur. Si quid uero ab ali-
quo alterum est, nonne ab altera alterum? Necesse. Qua-
cunque vnum minime sunt, num ab vno altera, &
vnum alterum ab istis quae non vnum? Qui dicit? Ideo vnum
ab alijs omnibus alterum apparebit. Alterum. Affice
praeterea,

Quo intelli-
gatur unum
ab vno &
seipso conti-
neri.

Quod nus-
quam est,
nihil peni-
tus est.

Quomodo
quicquam
stat & mo-
uetur.

Vnum esse
& vnum,
vel multa,
& totum et
partes etc.
Omne totum
habet prin-
cipium, me-
dium, et fi-
nem.

præterea, num alterum ipsum, & ipsum idem contraria inuicem sint. Cur non? Volētne unquam idem in altero, uel alterum in eodem consistere? Nunquam. Ergo si nunquam alterum in eodem est, nihil est ex ijs quæ sunt, in quo per aliquod tempus ipsum alterum sit. Nam si per aliquod tempus sit in aliquo, per id tempus in eodem ipsum alterum erit. An non? Certè. Postquam Verò nunquam in eodem constat, nunquam profectò in aliquo eorum quæ sunt, ipsum alterum erit. Vera dicis. Idcirco nec in ijs quæ non sunt vnum, nec in uno erit alterum. Non sane. Sequitur, ut vnum ab ijs quæ non unum, et quæ non vnum ab vno per ipsum alterum altera esse nequeant. Sequitur planè. Quod nisi participant ipso altero, altera secundum seipsa inuicem esse non poterunt. Quo enim pacto? Atqui si nec seipsa, nec ipso altero altera sunt, altera esse inuicem nullo pacto possunt. Nullo. Præterea quæ vnum non sunt, vno minime participant, neque enim essent non vnum, sed quodammodo unum. Verum. Hanc ob causam quæ non sunt vnum, neque etiam numerus sunt. Alioquin nõ penitus unius essent expertia, si quæ numerus habeant. Non certè. An Verò quæ non sunt vnum, partes unius sunt? An sic fortè vno participant, quæ nõ sunt vnum? Participant. Si itaq; hoc quidem omnino unum est, illa Verò non unum, nec pars unum erit eorum quæ non vnum, neque totum ad illa, quasi ipsa sint partes: neque rursus quæ non vnum, vnius particula, neque et tota, quasi unum pars existat. Non profectò. Caterum asseruimus, quæ neque tota, neque partes sunt, neque inuicem altera, eadem inuicem esse debere. Asseruimus. Fatemurne igitur unum, cum ita ad ea quæ non vnum se habeat, illis idem esse. Fatemur. Ergo vnum, ut videtur, alterum quiddam est ab alijs & à seipso, rursusq; sibi & illis idem. Sic ratio persuadet. Nunquid simile quoq; & dissimile sibi ipsi ac ceteris? Fortè. Postquam alterum ab alijs esse patuit, alia quoq; ab illo altera erunt. Quid prohibet? An non ita ab alijs alterum, ut ab illo & alia, nec magis quicquã neque minus? Quidni? Si nec magis nec minus, restat ut similiter. Similiter. Porro si vni contingit, ut alterum sit ab alijs, eodem modo quo ab illo alia, ex hoc sequitur, ut eadem conditio quadam, tam vni, quam alijs competat. Isthuc quò dicis? Sic. Vnum quodque nõmen nõne suum habet significatum? Habet. Idem Verò nomen, vel sepius vel semel pronuncias. Equidem. Vtrũ quando semel profers, illud appellas cuius est nomen: quãdo Verò sepius, non illud? An potius siue semel, seu iterum iterumq; nomen idem pronuncias, necesse est te semper idem innuere? Idem semper. Nõne & ipsum alterum nomen est ad proprium aliquid significandum impositum? Est. Quoties igitur nomen hoc profers, siue semel, siue sepius, non ad aliud refers, neque aliud quicquam nominas, quã id, cuius hoc nomen est. Necesse. Quando itaque dicimus alterum esse vnum ab alijs, & illa ab uno altera, bis nomen hoc alterum pronunciantes, nunquam ad aliud quiddam significandum inducimur, quã naturam cuius proprium nomen est. Omnino quidem. Si ergò vnum alterum est ab alijs, & alia ab vno altera, patiens illud idem alterum quod in alijs est, secundum illud, non secundum aliud quiddam, alterum est ab alijs unum: quodcunque Verò idem patitur, simile est, an nõ? Imò. Secundum quod autem vnum habet, ut sit ab alijs

alterum, secundum hoc idem quodlibet cuiuslibet simile est: quodlibet enim est à quolibet alterum. Videtur. Estne simile dissimilibus contrarium? Est sanè. Nõne & ipsum alterum ipsi eidem? Et istud. Veruntamen hoc etiã patuit, quod ipsum unum alijs & idem & alterum sit. Patuit planè. Contraria Verò passio est esse alijs idem, et esse ab alijs alterum? Prorsus. Quã tamen alterum, simile apparuit. Et hoc. Quã igitur idem, dissimile erit secundum passionem contrariam passionis illius quæ simile fecerat. Simile aut nõne faciebat ipsum alterum? Prorsus. Ipsum ergò idem dissimile reddet: alioquin ipsius alterius contrarium minime erit. Apparet. Ex ijs concluditur vnum simile atq; dissimile alijs esse: quã sanè alterum, simile: quã Verò idem, dissimile. Talem, ut videtur, rationem habet. Et sanè hanc habet. Quam? Ut quã idem passum est, non alienum sit passum: si non alienum passum fuerit: neque dissimile etiam: si nõ dissimile, restat, ut simile: si autem aliud susceperit, & alienum: si alienum, etiam dissimile sit. Verè dicis. Vnum ergò et quia ceteris idem, & quia alterum, secundum ambo hæc & secundum horum utrumq; simile atq; dissimile alijs erit. Maxime. Nõne & sibi ipsi eodem modo, siquidem alterum à seipso & sibi ipsi idem apparuit, secundum ambo atq; utrumque simile pariter atque dissimile apparebit? Necesse est. Considera præterea quæso, quoniam pacto vnum ad tangendum, vel non tangendum seipsum, & alia sese habeat. Considero equidem. Ipsum vnum in seipso toto esse constitit. Probè. An non & in alijs vnum? Et in alijs. Quæ tenus igitur in alijs, alia tangit, quatenus in seipso, tangere quidem alia impeditur, seipsum Verò tangit, quum in seipso sit. Apparet. Hæc utiq; ratione vnum & se, & alia tangit. Tangit. Quid Verò ad hæc? Nõne quodcunque tacturum aliquid est, propè illud quod tacturum est, iacere oportet, atque eam sedem occupare, quæ sequitur illius sedem, in qua cũ primum fuerit, tanget? Necessarium hoc est. Ideo vnum quoq; si se tangere debet, continuo post seipsum extare oportet, proximam loco in quo ipsum est, sedem occupans. Oportet omnino. Nõne vnum si duo esset, hæc efficeret, & duobus simul in locis existeret: donec Verò vnum est, minime? Est ut dicis. Eadem ergo necessitas efficit, ut vnum nec duo sit, neque sese tangat. Eadem. At nihilo magis alia tangit. Quamobrem? Quoniam diximus quod tacturum aliquid est, seorsum positum, proximum illi quod tangendum est, esse oportere, tertium Verò præter hæc intermedium nullum. Vera. Quapropter duo saltem adesse oportet, quoties futurus est tactus. Oportet. Si autem præter terminos duos tertium quiddam medium interuenierit, tria quidem per ordinem subsequenter, tactus autem gemini. Prorsus. Atque ita semper vno quodam adiecto, vnus quoque tactus adicitur. Ex quo contingit ipsos tactus à numerorum multitudine vno exuperari: quanto enim prima duo tactus ipsos exuperarunt, ita ut plura numero, quã tactus essent, tanto deinceps vniuersus numerus vniuersos tactus excedit. Etenim in posterum vnum simul additur numero, & vnus tactus tactibus ipsis apponitur. Rectè. Quot igitur ea quæ sunt, numero sunt, totidem semper, & tactus vno duntaxat excepto. Vera loqueris. Itaque si vnum esset solum, nec vsquam duo, tactus quoque

quoque nullus esset. Quoniam modo? Diximus quia alia sunt ab uno, nec esse unum, nec uno etiam participare, donec alia sint. Diximus. Ex his conficitur, ut non sit in alijs numerus unus, quippe cum unum quippe illis minime adsit. Enimvero quo pacto id fieri posset? Unde alia nec sunt unum, nec duo, nec alio quovis numero designata. Non sane. Ipsum igitur unum solummodo unum est, duo autem non sunt. Non, ut apparet. Et si duo non sunt, et alius quoque nullus erit. Nullus. Ergo nec unum alia tangit, nec illa unum nullo existente tactu. Non profus. Omnibus his de causis, unum se et alia tangit pariter et non tangit. Sic videtur. An est praeterea aequale pariter et inaequale, tum sibi, tum etiam ceteris? Quo vero sit pacto? Si maius esset, vel minus unum, quam alia, aut alia rursus maiora sive minora, quam illud, an non unum ex eo quod unum, et alia ex eo quod alia, quam unum, aut maiora, ut minora inuicem ex ipsis suis essentibus esset? Verum si praeterea rationes has utraque aequalitatem insuper haberent, aequalia inuicem existerent: sin haec quidem magnitudinem, illa paruitatem haberet, cuiusque speciei magnitudo adesset, maior existeret: cuiusque paruitas, minor. Necessesse. Nonne sunt duae quaedam huiusmodi species, magnitudo et paruitas? Etenim nisi essent, nunquam contraria inuicem existerent, ac rebus ipsis inessent. Est ut dicis. Igitur si unum paruitas accedit, vel toti uni, vel parti cuiuspiam insidet. Necessarium. Si toti insederit, vel aequa extensione per integrum unum intus ibit, vel externis limitibus complectetur. Plane. Ex aequo uni infusa paruitas, aequalis procul dubio uni erit: complectens autem, maior. Quis dicit? Num potius est paruitas aequalis cuiquam esse, vel amplior? effectusque magnitudinis et aequalitatis in alio exercere, nisi posset in seipsam? Non potest procul dubio. Unde concluditur in toto uno paruitatem esse non posse. Restat forsitan, ut sit in parte. Restat. Non tamen in tota parte. eadem enim efficeret aduersus partem, quae aduersus totum effecerat. quippe vel aequalis erit, vel maior illa ipsa parte semper, cuiusque insit. Necessario sequitur. Nulli igitur unquam rei paruitas inhaerebit, quum neque parti, neque toti inhaereat. Ex quo fit ut nihil futurum sit paruum, praeter ipsammet paruitatem. Videtur. Sed neque etiam magnitudo inerit, quippe aliud quicquam praeter ipsammet magnitudinem maius esset, ut puta id cui inerit magnitudo. Veruntamen nihil est paruum, quod quidem superari oportet a magno, si quid magnum sit. Etenim quo pacto paruum aliquod reperies, quum paruitas in nullo resideat? Vera loqueris. Quinetiam magnitudo ipsa nullo erit alio maior, quam paruitate, neque paruitas ipsa, alio quopiam, quam ipsa magnitudine minor. Nullo. Quamobrem cetera praeter unum, neque maiora, neque minora, quam unum erunt, quum magnitudinis paruitatisque expertia sint. Neque habebunt haec duo aduersus ipsum unum vim aliquam, quae vel excedant vel excedantur, sed inter seipsa id efficient. Neque etiam ipsum unum, aut hisce duobus, aut alijs quibuslibet maius vel minus erit, ut potest quod tam magnitudinis, quam paruitatis est expertis. Sic utique apparet. Ideoque cum nec maius, nec minus sit unum, quam cetera, nec superabit alia, neque ab alijs superabitur. Absque dubio. Nonne quod nec superat, nec superatur, necessario sequitur, ut aequale se habeat? et si aequale, ut aequale sit? Imo. Sed hoc pacto, unum ipsum ad sese

habet, expertis scilicet et magnitudinis et paruitatis, ut nec exuperet seipsum, nec a seipso exuperetur, sed aequale se habens aequale semper sibi sit. Et maxime quidem. Itaque unum sibi ceterisque aequale. Videtur. Veruntamen cum unum in seipso sit, extrinsecus sese circuit, atque ita se complectens seipso amplius extat: cumque etiam comprehendatur, angustius est. quo fit ut unum tum maius, tum etiam minus seipso sit. Fit utique. Nonne hoc quoque necessarium est, nihil scilicet praeter unum et alia reperiri? Necessarium. Item quicquid est, an non semper alicubi esse oportet? Oportet. Insuper quod in aliquo est, nonne semper in maiori minus. Neque enim aliter aliud esset in alio. Est quod dicis. Postquam vero nihil est praeter unum et alia, oportetque ista in aliquo esse. nonne in se inuicem haec vicissim esse necesse est? alia scilicet in uno, et in alijs unum, aut nusquam profus existerent? Constat. Quia ergo unum est in alijs, idcirco alia maiora sunt, quam unum, ut potest quae unum continent, unum autem alijs minus ex eo quod continetur: quia vero alia in uno sunt, unum alijs ob eandem rationem maius est, illa vero minora. Videtur. Unum itaque aequale maiusque et minus seipso et alijs est. Apparet. Atqui si maius et minus et aequale, aequalium erit mensurarum pluriumque et pauciorum quo ad seipsum atque ad alia: et si mensurarum, partium erit. Quid prohibet? Easdem ergo mensuras pluresque et pauciores habes, numero quoque plus atque minus erit et ad seipsum et ad cetera, necnon aequale sibi atque alijs ob eandem causam. Quoniam pacto? Quibus maius est, plures, quam illa, mensuras habet, quotque mensuras, totidem et partes: et quibus minus est, eodem modo: quibus aequale, similiter. Sic est. Nonne cum seipso maius minusque sit, et aequale, aequalium mensurarum pluriumque et pauciorum quo ad seipsum est particeps, et postquam mensurarum, etiam partium? Quid ni? Habensque partes si bis ipsi aequales, multitudine etiam aequale sibi erit, plures vero plus, pauciores denique minus numero semetipso? Videtur. An non ad alia similiter se unum habebit? Quia maius illis apparet, necesse est plus, quam illa numero esse: quia vero minus magnitudine, et numero minus, quia denique aequale in magnitudine, numero quoque par esse. Necessario fit. Hac iterum ratione unum, par, plus, minus, secundum numerum seipso erit, ac ceteris. Erit sane. Nunquid et tempore unum participat, estque et fit iunius ac senius seipso simul et alijs? et rursus contra nec iunius neque senius seipso, vel alijs dum participat tempore? At quo id fieri potest? Esse profecto illi competit, si quidem unum est. Competit. Ipsum esse autem quid aliud est quam essentia cum praesenti tempore participatio, quae admodum ipsum erat cum praeterito, et ipsum erit cum futuro essentia ipsius communicatio? Istud ipsum. Ergo si ipso esse participat, necesse est temporis quoque esse particeps. Nimirum. Nonne fluentis temporis? Certè. Semper ego senius seipso sit, si quidem secundum tempus percurrit. Necessesse. Recordamurne quod senius semper sit senius eo quod iunius sit? Recordamur. Nonne igitur postquam unum seipso sit senius, seipso dum iunius sit, sit et senius? Necessarium est. Fit ergo per hunc modum iunius seipso ac senius. Fit. Senius autem nonne tunc est, quando praesens iam tempus attingit, quod medium est ipsius erat et erit? Neque enim currens

Quid verbum
est.

ex precedente in posterum, praesens ipsum supergreditur. Non certe. An non desinit tunc fieri senius, cum primum praesens tangit, nec tunc fit, sed est iam senius? Procedens enim ab ipso praesenti nequaquam comprehenditur. Quod namque procedit, sic se habet, ut utrumque, praesens scilicet futurumque, attingat, praesens quidem reliquens, futurum apprehendens, inter utrumque medium praesens futurumque cadens. Vera. Si vero necesse est quodcumque fit, ipsum praesens minime transgredi, cum primum illud tactum est, fieri desinit, estque iam illud quod fiebat. Apparet. Vnum igitur quando senius factum ipsum praesens assequitur, desinit fieri, estque iam senius. Omnino. An non illo senius est, quo fiebat senius? fiebat autem seipso. Ita. Senius vero iuniori senius? Est. Iunius ergo seipso tunc est vnum, quando senius factum, praesens assequitur. Necesse. Ipsum praeterea praesens semper vni adest per vniuersum esse. Semper enim est praesens quandiu est. Quidni? Semper ergo vnum est & fit iunius atque senius semetipso. Videtur. Quinetiam longiusne, vel breuius tempus est, aut fit quam ipsummet, an potius aequum? Aequum. Verum quid aequale tempus est, aut fit, eandem agit aetatem. Quid prohibet? Quod aut eandem aetatem implet, neque senius, neque iunius. Nequaquam. Quapropter vnum cum aequale tempus ad seipsum & fit & fiat, neque senius, neque iunius seipso, aut est, aut efficitur. Haud sane mihi videtur. Quo autem modo ad alia se habet? Nescio quid dicam. Hoc tamen potes dicere, quod alia ab vno, si quidem altera sunt, non alterum, plura sunt quam vnum. Nam si alterum, vnum essent. Altera vero cum sint, plura quam vnum sunt, & multitudinem habent. Habent prorsus. Multitudo aut maiorem numerum, quam unum habet. Certè. Quid vero? ex his que ad numerum spectant, quae nam prius fieri aut facta fuisse dicimus? num quae plura sunt, an quae pauciora? Quae pauciora. Quod ergo paucissimum, primum: id aut est unum, an non? Imo. Vnum ergo primum factum omnium, quae numerum capiunt, habent aut cetera omnia numerum: siquidem alia sunt, non aliud. Habent profecto. Primo autem factum prius fuit, alia vero posterius: posterius autem facta, iuniora sunt, quam quod ante factum. Ideoque alia hoc pacto iuniora, quam vnum sunt, vnumque illis antiquius. Certè. Quid autem ad hoc? Nam vnum effici praeter naturam suam potest? vel id potius impossibile? Impossibile. Veruntamen partes habere vnum apparuit. quod si partes, principium quoque mediumque & finem. Plane. Nonne omnium primo principium fit, & unius, & reliquorum cuiusque, hac post principium cetera usque ad finem omnia? Quidni? Fatemurne hac reliqua omnia partes totius atque unius esse? & illud ipsum unum cum fine unum totumque factum fuisse? Fatemur. Finis tandem, ut arbitrator, postremo fit, cumque hoc simul vnum secundum sui naturam completur. Quam ob rem si necesse est vnum haud praeter naturam suam effici, cum fine simul confectum, postremum omnium natura suae iure perficitur. Apparet. Iunius itaque alijs vnum est, aliaque uno antiquiora. Sic iterum mihi videtur. Quid autem? principium aut aliqua alia pars siue unius, siue cuiuslibet alterius, si modo pars non partes sit, nonne vnum est? si quidem pars existit. Necessarium istud est. Ex hoc sequitur vnum simul

Quod paucissimum, primum et vnum.

Primo omnium primo principium fit.

cum primo effecto fieri, simulque etiam cum secundo, ac etiam reliquorum quaecumque sunt, nulli unquam deesse, donec ad extremum usque percurrens vnum totum fiat, non a primo, non a medio, non ab ultimo, non ab alio prorsus illo in generatione exclusum. Verum. Eandem ergo vnum quam & cetera omnia aetatem agit. quapropter si non praeter naturam suam natum est ipsum vnum, neque prius, neque posterius quam cetera, sed simul potius factum est. Ideoque secundum hanc rationem vnum neque senius neque iunius alijs, neque alia vno: secundum vero rationem superiorem vnum & senius simul & iunius ceteris omnibus, atque e conuerso reliqua cuncta vno. Omnino sic esset. Hoc ergo modo se habet, & tale est effectum. Verum quidnam sentis de eo quod dicitur, fieri vnum senius, atque iunius alijs, aliaque vno, ac etiam neque iunius, neque senius fieri? Vtrum eadem ratione se habet circa ipsum fieri, qua circa ipsum esse habere praediximus, an aliter? Quid dicam ignoro. Ego autem tantum dicam, quod si quid est antiquius alio, antiquius quo ad illud deinde fieri, quam antea secundum aetatis intervallo fuisse, minime potest: neque etiam quod iunius est, in posterum iunius fieri. Nam equalia inaequalibus addita, seu temporis, siue cuiuslibet alteri, eodem intervallo distare quae & antea, illa semper efficiunt. Nihil prohibet. Non igitur id quod est, illo quod vnum est, aut antiquius, aut iunius fieri potest: quandoquidem eadem semper distantia aetatis intercidit: sed & est & fuit hoc quidem senius, illud autem iunius, fit vero minime. Est ut dicis. Ita id quod unum est, ceteris quaecumque sunt, nunquam vel iunius, vel senius efficitur. Nunquam. Sed aspice posthac non alia quadam ratione et iuniora hac & seniora fiant. Quamvis hac inquam. Vnumne antiquius alijs, & alia vno esse consistit? Quid tum? Quandoquidem vnum senius est quam cetera, longius quam illa tempus existit. Quinimo. Aduerte iterum, si quando longiori & breuiori temporis par tempus adiciamus, num aequa particula discrepabit longius a breuiori an minore? Minore. Vnum igitur non tanto aetatis intervallo alia deinceps excedet quanto prius excesserat, sed par tempus hac cetera sortitum, minus semper quam prius ab illis aetate distabit. An non? profecto. Nonne quod minus excedit aliquid aetate quam prius, iunius

Nam si tricubito ut longiori, & bicubito ut breuiori, parem cubitum addideris, feceris cum illo quadricubitum, cum hoc vero tricubitum, sed quadricubitum superat tricubitum minore particula, quam tricubitum superat bicubitum.

Linea tris cubitalis

Cubitus additus.

Linea bis cubitalis

Cubitus additus.

Nam tricubitum superat bicubitum dimidio ipsius bicubiti, & quadricubitum superat tricubitum tertia parte tricubiti, quae minor est particula, quam dimidium, quod idem inuenitur in ceteris additis, quibus longiores superant breuiores. Eadem denominatione ex longioribus idem faciunt: ut tria superant duo una tertia, et quattuor superant tria una quarta, quae minor est, quam tertia.

fit

fit quàm prius, quo ad illa quibus erat antiquius? Iunius proculdubio. Si illud iunius, an non illa, si cum uno conferas seniore quàm prius erunt? Penitus. Quod ergo iunius antè fiebat, senius fit ad illud quod antè fiebat, eratq; antiquius, est autem nunquam antiquius, uerum illo semper antiquius fit. illud porrò iuuenescit, hoc contrà senescit. quod rursus antiquius, iuniori iunius similiter efficitur. Nam cum ista in contrarium tendat, contraria inuicem fiunt. Iunius quidem seniore senius, senius cōtra iunius iuniori. Facta uerò fuisse nequeunt. Nā si facta fuissent, non amplius fierent, sed iam essent. Nūc uerò et iuniora, & seniora inuicem efficiuntur. Vnum quidem ceteris iunius fit, ex eo quod senius esse apparuit et prius effectum: cetera uerò seniora, quàm unū fiunt, ex eo quod posteriora facta fuerint. Et secundum eandem ratione cetera quoq; similiter ad unum se habent: quippe cū antiquiora et priora illo facta fuisse apparuerint. Idem mihi quoq; uideatur. An non qua ratione neutrum illorum altero uel iunius fit uel senius, secundum quod pari numero inuicem differunt, neq; unum alijs antiquius, aut iunius fieret, neq; alia vno? Qua uerò ratione altera semper parte differre necesse est priora posterioribus et posteriora prioribus, ex hoc necesse est seniora, & iuniora inuicem fieri, tum cetera uno, tum ceteris unum? Et maximè quidē. Omnibus igitur his de causis vnum ex seipso, & alijs senius ac iunius est & fit, rursusq; neq; iunius neque senius seipso uel ceteris aut est, aut unquam efficitur. Prorsus. Postquam uerò vnum temporis est particeps, seniusq; & iunius fieri potest, nōne præterea necesse est præteriti, presentis atq; futuri esse particeps, cum participet tempore? Necessario sequitur. Et at igitur vnum & est, & erit: fiebatq; & fit, & fiet. Quidni? Esset quoq; illi aliquid & illius, eratq; & est & erit. Maxime. Ideoq; scientia de illo esset, opinioq; ac sensus quippe cū & nos in presentia hac de illo uniuersa tractemus. Recte ais. Nomen item hac sermo ipsi adest, nominaturq; & dicitur. Et quocumq; huiusmodi circa alia reperiuntur, circa unum quoque existunt. Omnino quidem sic se res habet.

VERVM, tertio iam iterum differamus, nū vnum sit quemadmodum supra diximus: nunquid igitur necesse est ipsum cum sit unum, & multa, atq; iterum, neq; unum, neq; multa, & participans tempore, quia unum est, essentia participare aliquando quia uerò non est, non participare aliquando? Necessarium hoc est. Num possibile est cum participat, tunc minime participare? uel cum non participat, participare? Impossibile. In aliò itaq; tempore particeps, in aliò uerò est expers. hoc. n. modo duntaxat fieri pot, ut particeps atq; expers eiusdem sit. Probè. Nunquid est id tempus quādo accipit esse, et quādo esse amittit? aut quo pacto esse pot, ut aliquando idem habeat, aliquando uerò non habeat, nisi aliàs id capiat, aliàs aut amittat? Non aliter. Accipere essentiam, nōne fieri appellas? Equidem. Essentia uerò priuare, nōne destrui? & maximè. Vnū igitur, ut uidetur, assumens atq; deponens essentia, fit & interit. Necessarium. Cumq; vnum & multa sit, siue cū fit, siue cum interit, nōne quando fit unum desinit esse multa, quando uerò multa, desinit esse unum? Valde. Et cum fiat unum & multa, an non disgregari & congregari oportet? Oportet. Quinetiā quoties dissimile simi-

leg; efficitur, nōne assimilari, et ut ita dicā dissimilari oportet? Imò. Et quando maius & minus atq; equale, crescere, decrescere, atq; equari. Sic est. At quoties ex motu in quietem, uel ex quiete in motu transit, oportet hoc non vno in tempore esse. Quānam ratione? Cum scilicet prius staret, moueri postea cumq; antea moueretur, dein de consistere. Et. n. absq; transmutatione hac pati nequit. Nequit. Tempus uerò nullum est, in quo quippiam sic habere se possit, ut simul neq; stet, neq; etiā moueatur. Nullum. Verū tamen neq; transit absq; transmutatione. Haud consentaneum esset. Quando ergo transit? neq; n. dū stat, neq; dum mouetur transit, neq; dum in tempore est. Non certè. An est hoc mirabile quiddam, in quo tunc est cū transit? Quidnam? Momentum indiuiduū inquam. Hoc. n. momentum certum quiddam significat, ex quo in utrunq; transitur. Neque. n. ex statu, dum stat, neq; ex motu, dum mouetur, adhuc transit. Verum momentanea ipsa natura atq; miranda, media motui quietiq; interponitur, ac nullo prorsus in tempore est, necnon in hanc atque ex hac, quod motum est, transit in statum: & quod quieuit, in motū Apparet. Vnum itaq; si quidem stat atq; mouetur, in utraque proculdubio transit. Solo enim hoc modo utraque facit. Transiens autem, momento indiuiduo trāsit. Cumq; migrat, nullo in tempore est, neque stat tūc, neq; mouetur. Minime. Nunquid eodem modo ad ceteras mutationes sese habet? quando ex ipso esse in interitum migrat, uel ex non esse in ipsum fieri, medium tunc fit quorūdam motuum ac statuum, nec est tunc neq; non est, neq; fit etiam, neque interit? Videtur. Eadem quoque ratione ex uno migrans in multa, & e multis in unum, nec unum est, neq; multa, nec congregatur, neque disgregatur: & ex simili in dissimile, rursusq; ex dissimili in simile migrās, nec simile, neq; dissimile, neque assimilatum, neque ut ita dicam, dissimilatum, & ex paruo in magnum, & in ipsum equale, & contraria transiens, non paruum, non magnum, non crescens, non decrescens, non adæquans. Non uidetur. Hac igitur uniuersa unum si est, patitur. Quidni?

AN NON considerandū præterea alia quid patiantur, si unum est? Considerandum. Dicamus igitur unū si est, alia ab uno quidnam pati oportet? Dicamus. Nōne quia alia sunt, quàm unum, non unū sunt? alioquin alia quàm unum non essent. Probè. Nō tamen penitus uno priuata sunt, sed quodammodo uno participant. Qua ratione? Quoniam alia ab uno, ex eo quod partibus constant, alia sunt quàm unum: nisi enim partes haberent, unum penitus essent. Rectè. Partes autem, eius quod totū est, partes esse asseruimus. Asseruimus planè. Atqui totū ipsum unum ex multis esse oportet, cuius partes sunt, quæ partes appellantur. qualibet. n. partium non multorum pars, sed totius existit. At quō istud? Si quid multorū pars esset, quibus ipsum inesset, et suis ipsius quodā modo esset pars, quod est impossibile, et aliorū cuiusq; siquidem omnium. Vnius. n. non existens pars, uno excepto aliorum omnium erit: atq; ita vniuscuiusq; pars non erit. Nō existēs uerò pars cuiusq;, nullius ex multis erit. Et, si nullus est, esse quicquā istorū omnium, quorū nullius uel pars, uel aliud quicquā est, impossibile erit. Apparet quidē. Nō ergo multorū, nec omnium pars est quacumq; sit pars, sed unius cuiusdam idea, & unius cuiusdam quod totum uocamus, factum ex cunctis unum atq; perfectum. Huius

Inuenitur momentum & instans. Momentum medium motus & quietis.

Quarta suppositio.

Pars nō est multorum, sed totius.

Tertia suppositio, hoc est, si unū consideratur sub esse.

inquam pars est, quaecumque sit pars. Omnino quidem. Si ergo alia partes habent, toto atque vno participant. Maxime. Vnde unum totum perfectum partes continens, alia ipsa ab uno esse necesse est. Necesse. Quinetiam de unaquaque parte eadem ratio est. Et. n. huius unius participem esse oportet. Nam si singula illarum pars est, hoc ipsum quod dicitur singula, unum quodammodo significat, distinctum. n. quiddam ab alijs, & secundum seipsum existens significat, si modo singula sunt. Recte. Erit autem unius particeps, si aliud quiddam quam unum fuerit: alioquin haudquaquam participaret, sed ipsum unum erit. At vero unum esse aliquid, praeter ipsum unum nihil potest. Nihil. Participare autem uno necesse est, et totum simul & partem. Ipsum namque unum totum erit, cuius partes sunt partes singula: singula vero partium, pars totius, quaecumque pars totius existat. Sic est. Nonne igitur quoniam alia sint, quam unum, uno participant omnia quae participant? Quidni? Alia vero quam unum multa quodammodo sunt. Nam si alia praeter unum, nec unum tamen, nec plura vno essent, penitus nihil essent. Nihil sane. Postquam autem plura vno sunt, quae unius partis, unius totius participia sunt, nonne necesse est multitudine infinita esse ipsa participantia uno? Quoniam pacto? Hoc plane. Aliud quiddam quam unum ista sunt, neque etiam vno participant tunc cum primum vno participant. Certè. Nonne multitudines sunt, in quibus non inest unum? Multitudines certè. Quod si velimus intelligentia ipsa ex his aliquid, quam minimè excerpere, an non necesse erit illud extractum, utpote quod unius est expert, multitudine esse, non unum? Necesse. Nonne tibi sic semper consideranti ipsam secundum seipsam alteram speciem naturam, quam tuncunque illius inspexeris, infinitum multitudine semper occurret? Et maxime quidem. Veruntamen postquam vna qualibet pars effecta est, terminum iam partes inuicem, et ad totum habent: necnon ad partes totum. Valde quidem. Itaque alijs, quam vni contingit, ex ipso vno, & ex seipsis iam in vno communicantibus, alterum quiddam in ipsis fieri: quod quidem terminum inuicem praebuit, natura autem illorum secundum seipsam infinitatem. Manifestum est. In hunc itaque modum alia quam unum tum tota, tum et secundum particulas, & infinita sunt, & termino quodam participant. Prorsus. An non igitur similia dissimiliaque, inuicem & sibipsum? Quobrem? Quia quidem infinita sunt secundum ipsorum naturam, omnia a eodem quodammodo ex hoc inuicem patiuntur. Patiuntur. Item quia cuncta participant termino, ex hoc quoque idem omnia patiuntur. Quidni? Quia tamen illis conuenit, ut finita sint simul & infinita, quae sunt contrariae passionis, quam maxime fieri potest, dissimilia sunt. Nimirum. Ergo secundum alteram rationem ipsa sibimet, et inuicem similia erunt, secundum vtramque vero vtriusque, quam maxime contraria atque dissimilia. Constat. Sic igitur alia eadem sibipsum et inuicem, similiaque et dissimilia erunt. Erunt. Ac rursus eadem et altera, agitataque et statia, ceterasque contrarias rationes suscipiunt. cetera quae accidunt his, quae alia sunt quam unum, facile reperiemus, postquam haec iam nobis constant. Recte dicis.

Quinta suppositio.

QUID igitur? non haec tanquam perspicua praetermittimus, dispiciemusque rursus, si quidem unum est, cetera quae unum non sunt, num non isto pacto habent, an isto solum? Prorsus. Principio

igitur videamus, unum si est, ceteris quid euenire necesse sit. Videamus. An non seorsum quidem unum ab alijs, seorsum alia erunt ab vno? Curram? Quia nihil est praeter ista, quod aliud quidem sit, quam unum, aliudque quam alia. vniuersa quippe comprehensa sunt, cum unum et alia dictum est. vniuersa. Quare nihil praeter haec restat, in quo velut eadem in sede & unum et alia considerant. Nihil prorsus. Nunquam igitur in idem unum aliaque concurrunt. Nunquam. Seorsum ergo. Seorsum. Dictum praeterea fuit ipsum reuera unum partes nullas habere. Quo enim habere posset? Neque totum igitur unum alijs inest, neque eius particula, si quidem seorsum est ab alijs, nulliusque particulis constituitur. Ita est. Nullo itaque modo alia vno participabunt, cum neque totum ipsum, neque partem eius capiant. Nullo ut videtur. Atque idcirco alia nullo pacto unum sunt, neque in seipsis unum aliquod habent. Minime. Vnde nec multa sunt alia. Etenim si multa essent, unumquodque illorum, utpote pars totius, unum esset. Nunc autem non unum, non multa, non totum, non partes, alia sunt, postquam nihilo unius participant. Probè. Quapropter nec duo, nec tria sunt, nec unum illis inest. siquidem vno prorsus orbantur. Sic est. Itaque nec similia, neque dissimilia, nec eadem sunt alia vni, neque illis similitudo ac dissimilitudo inest. Si. n. similia atque dissimilia ipsa essent, ex eo quod in seipsis similitudine dissimilitudineque haberent, duas vtriusque contrarias inuicem species tam ipsa alia, quam unum in seipsis comprehenderent. Apparet. Ac fieri non potest, ut quae nullo participant, participant duobus. Non certè. Neque ergo similia, neque et dissimilia sunt, duo quaecumque ab vno alia. etenim si similia, vel dissimilia sint, vna quadam altera specie participant: et si ambo, duabus quibusdam contrarijs speciebus. haec autem impossibilia esse patuit. Vera dicis. Non igitur eadem, non altera, non agitata, non quietata, non orientata, non perorientata, non maiora, non minora, non aqua, non denique aliud quicquam huius generis accidet. Nam si quid tale susceperint, vnoquoque & duobus, & tribus, pariisque impari participaret, quod esse impossibile vidimus, cum vno per omnia sine desinita. Verissima haec sunt. His ergo de causis, unum si est, omnia est unum, & nihil est, & ad seipsum, atque ad alia eodem modo. Omnia sic se res habet.

AT VERO si unum non sit, quid contingat nonne post hac considerandum est? Considerandum. Quae nam haec suppositio est, si unum non est? Num aliquo differt ab ista, si non unum non est? Differt sane. Num solummodo differt? Vel et omnino contraria est haec, si non unum non est, illius, si unum non est? Contraria omnino. Quid autem? si quispiam dixerit, si magnitudo non est, uel paruitas non est, vel aliud quicquam huiusmodi, nonne in singulis innuit quod aliud quiddam dicat ipsum non ens? Omnia. Nonne igitur nunc declarat, quod alterum quiddam praeter alia ipsum non ens dicit, quando dicit, unum si non est, intelligimus quia quid dicat? Intelligimus. Primum igitur aliquid quod cognosci potest, exprimit: deinde alterum quam alia, cum ait unum, siue esse illi adiciens, siue non esse. nihilominus cognoscitur quid non esse dicatur, quodque differens quiddam est ab alijs. an non? Necesse. In hunc itaque modum a principio dicendum, unum si non est, quid esse oportet. In primis itaque ipsi hoc oportet accidere, ut videtur, esse videlicet quiddam eius scientiam, aut nihil intelligere

Sexta suppositio. Negatiua ex subiecto infinito est contraria ut gatiuae est finito subiecto.

nos quid dicamus, quando unum si non est, proferimus. Vera loqueris. An non et alia altera esse, quam illud, vel neq. illud alterum quam alia predicari? Maxime. Ergo diuersitas quoz. prater scientiam illi adest, neq. enim aliorum diuersitatem dicit, quando vnum alterum, quam alia vocat, sed suis diuersitatem. Apparet. Quinetia ipsius illius, & alicuius, & huius, & huic, et horum, atq. omnium huiusmodi particeps ipsum non ens dicitur. Neq. n. unum diceretur, neq. ab uno alia, nec illi quicquam esset, nec illius quicquam, neq. aliquid appellaretur, nisi particeps cuiusdam, aut quorundam hmoi sit. Recte. Esse tamen vnu, nisi existat, impossibile est: participare vero multis, nihil prohibet. Sed et necesse est. si quidem ipsum, vnu illud duntaxat, nec aliud non est, quod si nec vnum ipsum, nec illud, non erit, sed de alio quoda sermo habetur, nihil pronunciarı oportet, si autem vnum illud duntaxat, non aliud supponitur non esse, et ipsius illius, et aliorum multorum particeps esse dicendum est. Et maxime quidem. Quobrem dissimilitudo illi est ad alia: nam cum alia altera sint, quam unu, extranea esse oportet. Oportet. Extranea vero nonne aliena? Quidni? Aliena aut nonne dissimilia sunt? Dissimilia plane. Atqui si vni dissimilia sunt, dissimili dissimilia erunt. Plane. Aderit itaq. et vni dissimilitudo, secundum qua alia ipsi dissimilia sunt. Videatur. Et si illi dissimilitudo ad alia copetit, nonne ad seipsum similitudo conuenit? Quonam modo? Si vni insit dissimilitudo ad vnu, haud sane de hmoi quodam ut de vno sermo haberetur, neq. suppositio de vno, sed de alio quopiā feret. Prosus. At isthuc non decet. Non certe. Ob hanc causam oportet vni similitudinē ad seipsum adesse. Oportet. Itē nec aequale alijs est. Etenim si aequale esset, iā perfectio ē simile illis secundum aequalitatem existeret. Viraq. uero hac impossibilia, cū vnum minime sit. Impossibilia. Postquam vero ceteris aequale non est, nonne & alia necesse est illi aequalia nequaquam esse? Necesse. Quia aut non equalia, inaequalia sunt. Inaequalia. Inaequalia vero inaequali cuius inaequalia sunt? Certe. Vnde & inaequalitatis particeps vnum apparet, secundum qua cetera ipsi inaequalia sunt. Particeps perfectio. Ceterum ad inaequalitatem magnitudo ac paruitas attinet. Attinet. Et magnitudo ergo & paruitas tali vni conuenit. Videtur. Magnitudo rursus & paruitas semper inuicem distant. Distant. Ideoq. medium quiddam semper interuenit. Sane. Num reperis medium aliud inter hac pter aequalitatem? Nullū aliud. Cuiusq. igitur magnitudo et paruitas accidit, accidit quoz. aequalitas horū obtinens medium. Constat. Vni igitur dum non est. aequalitas, magnitudo, & paruitas accidere videntur. Videntur. Prater ea & essentia participare quodammodo ipsum oportet. At quo? Habere seipsum oportet eo modo quo diximus. nisi enim sic sese haberet, haudquaquam vera diceremus, dum vnum non esse fatemur. Sin aut vera, manifestum est, quod ea que sunt, proferimus. nonne? Sic est. Cū vero nos vera predicare dixerimus, necesse est, ut ea que sunt, asserere nos profiteamur. Necesse. Est ergo vnu, ut videtur, non ens. si. n. non sit non ens, sed aliquid ipsius esse remittat ad hoc, ut non sit, statim erit ens. Oīno quidem. Oportet igitur ut non ens, esse non ens, velut vinculum ipsius non esse habeat, si debet non esse: quem admodum contra ens ipsius essendi vinculum habet ipm

non esse: non ens, ut perfecte rursus esse liceat. Ita enim ipsum ens maxime erit, & ipsum non ens maxime non erit, si ipsum ens quidem participet essentia essendi ens, non aut essentia essendi non ens, si omnino esse debeat: ipsum vero non ens non participet essentia non essendi non ens, sed essentia non essendi ens, si quidem non ens penitus videri debeat. Verissima hæc sunt. Nonne igitur postquam ens non essendi particeps est, & non ens ipsius essendi particeps, unūquoque cum non sit, ipso esse participare necesse est ad hoc, ut verè non sit? Necesse. Essentia igitur adesse videtur vni si non sit. Videtur. Atqui non essentia rursus, si quidem minime sit. Quidni? Num potest aliquid, quod certo quodam modo affectum, sic habere se dicitur, non sic se habere, cum nondū ex hmoi habitu transmutatū sit? Non potest. Quodēque igitur sic se, & non sic se habet, mutationem quandā patitur. Patitur. Mutatione vero motūne, an aliud quiddā esse dicemus? Motū. Vnum aut nonne & ens et non ens apparuit? Apparuit. Ergo & sic, et non sic se habens. Videtur. Vni ergo non ens moueri videtur. si quidem mutatione ex ipso esse in non esse recipit. Patet. Enimvero si nusquā in natura rerū adest, cum non sit, non vtrig. aliunde alio migrare pot. Quo pacto. n. posset? Non ergo mouetur ex eo quod trāseat. Minime. Neq. tamen in eodē versetur. Etenim ipsum idem nusquā attingit. ens namq. ens ipsum idem. non ens aut in aliquo eorum qua sunt, esse impossibile est. Impossibile certe. Non ergo vnu cum non sit, in eo versari in quo minime est, vnuquā posset. Nunquam. Neque ē alteratur vnu ab seipso, neq. ens, neq. non ens. haud. n. sermo de vno ulterius haberetur, si quidē a seipso alteratū fuisset, verū de alio quodam pter unum. Probē. Si neq. alteratur, neq. in eodē reuoluitur, neq. progreditur, quonā pacto mouebitur? Nullo. Quod vero moueri nequit, quietē agere necesse est, et quod quiescit, consistere. Necesse. Igitur vnum si non est, stat atq. mouetur. Videtur. Quinetia si mouetur, necesse est proculdubio alterari. quatenus. n. quid mouetur, eatenus non eodē modo quo prius, sed alio sese habet. Plane. Ergo vnu dum mouetur, ē alteratur. Perfectio. Verū tamen nullo modo motum, nullo modo alteratur. Nullo penitus. Quam ob rem vnum quod non est, quā quidem mouetur, absq. dubio alteratur, quā vero non mouetur, minime alteratur. Minime. Ideoq. vnu si non sit, alteratur: atque etiā minime alteratur. Cōstat. At quod alteratur, an non alterū, quam antea fieri, pristinumq. habitum exuere oportet: quod vero non alteratur, neque fieri, neq. ē interire? Necessario sequitur. Vnde unū quod non est, quia alteratur, efficitur ac perit: quia uero non alteratur, nec sit, nec iterit. Atq. ita et sit pariter atq. interit, rursusq. neq. sit, neq. iterit. Sic est.

R VRSVS iam ad principium redeamus, liquidō inspecturi utrum hæc deinceps, quemadmodum haectenus, an aliter esse uideatur. Operāciū hoc est. Nonne iā differuimus quid circa unū accidat, si ipsum minime sit? Differuimus. At quoties non ens proferimus, nihil aliud nobis significat, quam essentia absentia ab illo quod quidē non esse pronūciamus. Nil aliud. Vtrū quando dicimus non esse aliquid, aliquo modo ipsum non esse intelligimus aliquo modo esse. An potius hoc ipsum, non est, quoties pronūciatur, simpliciter significat quod nullo prorsus modo usquam est, & cum non

Septima
suppositio.

Non ens.

um ab ali
nihil est pra
um, aliud
cum vna
ter hanc res
sident. Ni
aliqui concu
Dicitur pra
habere. Qu
aliqui ineri
nulli
do alia v
partem cui
alio nullo pa
d habent. Mi
multi adest,
um esset. Nūc
partes, alia
be. Quapro
est. si quidem
milia, neque
in similitudo
similia ipsa
similitudinē
es tam ipsa
Apparet.
participent
et dissimi
similia, vel
participent: et
hac aut
eade, non
non peruen
on denique
quid tale su
pariq. &
amuo, cum
e. His ergo
nihil est, &
se res habet.
ing at nonne
derandum.
um aliquo
ane. Num
hac, si non
ria omnino.
lo non est, vel
one in singu
o est? Oīno.
quiddam pra
um si non
mne. Primū
ande alterū
si, siue nō ē
tur, quodq.
in hunc ita
quid esse o
re. Vnde
intelligere
nos

Si res sit, et
oratio ex
ea vera est.
si oratio ex
re facta ue
ra sit, &
res vera.

Nō ens sim-
pliciter esse
non potest,
neque essen-
tiam alius
gera.

fit, nulla ex parte est essentia capax? Absolute id signi-
ficat. Neque ergo esse ipsum non ens poterit, neque alio quo-
quā modo essentiam attingere. Minimè. Fieri autē et in-
terire nū aliud est, quā illud quidem essentia accipere,
hoc autē amittere? Nil aliud. Ergo cui nulla huius pars
conuenire pot, nunquam aut accipit ipsam, aut amittit.
Nunquam. Vni ergo postquam nullo modo est, neque nan-
cisci, neque abicere, neque alio pacto essentiam capere
conuenit. Decens est. Non itaque interit ipsum vnum
cū non sit, neque sit, utpote quod nulla ex parte est essen-
tia capax. Non videtur. Neque rursus aliquo pacto al-
teratur. Iam enim & fieret, & periret, si hoc pati pos-
set. Verū. Si minimè alteratur, an non est necesse est ne-
quaquā moueri? Necesse. Neque tamen stare alicubi quod
nullo modo est, asseremus: quod n. stat, in aliquo eodem
semper esse oportet. Quidam? Sic planè ipsum non ens,
nunquam aut stare, aut moueri fatebimur. Nunquam.
Præterea nihil ex ijs quæ sunt, illi adest. Iam enim essen-
tia participaret. Vt pote quod alicuius existentis esset par-
ticeps. Manifestū est. Non magnitudo igitur illi, non
paruitas, non æqualitas accidit. Non profecto. Sed ni-
hilo magis similitudo, aut diuersitas illi, vel ad alia, vel
ad seipsum adest. Nequaquam videtur. Num & alia
vno modo illi esse poterunt, quum nihil prorsus ipsi esse
queat? Haud licet. Quapropter alia nō similia illi, non
dissimilia, non eadē, non altera sunt. Non sanè. An
verò ipsum quod illius, vel ipsum quod illi, vel quid,
uel hoc, uel huius, uel alterius, uel alteri, aut quondā, aut
deinceps, aut nūc, seu scientia, siue opinio, siue sensus, an
sermo, an nomē, an aliud quoduis ex ijs quæ sunt, circa ip-
sum quod minimè est existet? Minimè. His igitur rōni-
bus vñ si non est, nullo prorsus modo aut nusquā sese ha-
bet. Non sanè uidetur ullo modo, aut usquam se habere.

Suppositio
octaua.

EST NĒ iterum disputandum, vnum si non est,
quid alijs præter vñ euenire oporteat? Disputan-
dum. Primum igitur ista alia, aliquid esse oportet.
nisi enim alia sint, haud sanè de ipsis alijs differetur.
Sic est. Et si de alijs sermo sit, alia profecto altera sunt.
an non idē tu aliud & alterum vocas? Equidem. Al-
terū nōne ab altero alterum, & aliud ab alio aliud esse
dicimus? Vtiq;. Ergo ipsis alijs si modo alia futura sunt,
aderit aliquid à quo alia erunt. Necesse. Quidnam id
potissimū erit? Ab vno quidem alia non erunt, cum il-
lud minimè sit. Non certè. Inuicem itaq; alia sunt. id
enim solū restat. alioquin à nullo alia futura sunt. Re-
ctè. Idcirco secundū multitudines singula inuicem alia
sunt. Etenim secundum vnum nequeunt, non existente
vno. Verū quilibet, ut videtur aceruus illorū, multitudi-
ne infinitus existit. Et si quod minimū apparet, quispiā
sumpsit, uelut in somno repete pro eo quod vnum visum
fuerat, multitudo occurrit: & pro eo quod minimū appa-
ruerat, quā maximū iam si ad illa dissecta conferas, ap-
paret. Rectissime. Talibus, inquā, aceruis diuersa in-
uicem alia pter vnum erunt, si non existente vno, alia
sunt. Quā maximè. An nō plures acerui erunt, quo-
rū quilibet vnus prima fronte videbitur, nullus tamen
vnus erit, cū ipsum vnum minimè sit? Certè. Numerus
item illorū aliquis esse videbitur: si quidem et vñ quod-
libet, cū tamen multa sint. Valde quidē. Paria præterea
et imparia falsò videbuntur, vno prorsus absente? Falsò.

Quod insuper exigū in illis primo videbitur, ut dictum
est, è uestigio quā maxima, & quā plurima quo ad
singula parua, quæ et multa sunt, se nobis ostentat. Quid
prohibet? Quinetiā aceruus quisq; æqualis multis paruisq;
aceruis esse videbitur. Nā haud liquido ex maiori in mi-
nus transisse videretur, nisi prius in medium peruenisse
visus esset. hoc autē phantasma quoddā æqualitatis erit.
Verisimile est. Nōne ad alium aceruum terminum ha-
bens, ipsum ad seipsum neque principium, neque medium,
neque finem habet? Qua de causa? Quia semper cum quis
horum aliquid intelligentia contuetur, ante principium
semper aliud occurrit principii: & post finem, alter sem-
per finis subsequitur: nec non in medio, alia semper inte-
riora, quā mediū, semperq; minorā, ob id quia nequit
vñ aliquid in his accipi, cum vñ minimè sit. Veris-
ma loqueris. Discerpi deniq; necessario arbitror, ut disper-
sum, quodcumq; intelligentia quis assumpserit, semper n.
aceruus vnus exers accipitur. Proculdubio. Nōne hoc
tale eminens & obtuse prospicienti vnum apparet? Necesse
est. Cominus autē & acute intelligenti unūquodque mul-
titudine infinitū? siquidem ab vno non existente descri-
bitur. Præ ceteris necessariū hoc est. In hunc itaq; modum
infinita, & finē habentia, et vñ, & multa qualibet
alia apparere oportet, si non vñ, sed alia præter vnum
sunt. Oportet vtiq;. An non similia quoq; et dissimilia
videbuntur? At quō? Nam cū velut adumbrata emi-
mus prospicienti vñ, appareant oīa, in eodem aliquo cō-
municare, similiaq; esse videbuntur. Prorsus. At verò
proprius accedēti, multa et altera, atque ipso diuersitatis
phāstasmate altera sibi ijs et dissimilia. Sic accidit. Simi-
les itē atq; dissimiles ipsos aceruos, tum sibi met, tum inuicem
apparere necesse est. Et maximè quidem. Nōne
etiam eosdem & alteros inuicem, & contiguos sibi, &
seorsum à seipsis, oībusq; motibus agitados, & vndique
permanentes, orientes & occidentes, ac neutra, omniaq;
huiusmodi, quæ quidem percurrere facile nobis esset, si
vno non existente multa fuerint? Verissima narras.

REDEVENTES iam iterum ad principii, decla-
remus, vñ si non est, quidnam alijs præter vñ
euenturū sit. Declaremus. Principio igitur vñ
alia non erunt. Quō enim? Neque tamen multa. In ijs. n.
quæ multa sunt, inest & vñ. Etenim si nullum illorū
est vñ, cuncta nihil sunt, quapropter neque multa. Vera
loqueris. Cū itaq; vnum haud inest alijs, nec multa, nec
vñ sunt. Non planè. Neque et apparent vnum, aut mul-
ta. Cūnam? Quoniā alia cum ijs, quæ nō sunt, nullum
prorsus commercium habent, neque quicquā ex ijs quæ mini-
mè sunt, ad aliquid aliorum attinet: nam nulla pars ijs
quæ nō sunt, adest. Verū. Neque igitur opinio de eo quod mi-
nimè est, nec phāstasma ceteris inest, neque vno modo id
quod nō est, ab alijs opinione cōcipitur. Non certè. Qua-
propter si vñ non est, nihil aliorū opinione cōcipitur, aut
vnum, aut multa esse. Nam absq; vno multa opinari pe-
nitus impossibile. Impossibile nimium. Ergo si vnum non
est, alia neque sunt, neque opinione etiam cogitantur vnum,
aut multa esse. Nō videntur. Vnde neque similia, neque etiā
dissimilia. Nō. Neque etiā eadem, aut altera neque cōtigua,
neque seiuncta, neque reliqua quocumq; in superioribus tan-
quā quæ ad ipsa alia spectare viderentur, enarrauimus,
neque sunt alia, nec esse alia videntur, vnum si non est.

Vera

Vera. Nōne ut summam loquar, si dixerimus, vñ si non est, nihil est, recte dicemus? Et maxime quidē. Hoc itaq; dictū à nobis sit, atq; illud præterea, quod ut videtur, vñ siue sit, siue nō sit, tū ipsū, tum et alia ad sese, atq; inuicem omnia omnino sunt atq; non sunt, apparentiq; insuper, & non apparent. Verissima quidem hæc sunt.

PHILEBUS PLATONIS, VEL, DE SUMMO BONO.

MARSILII FICINI ARGUMENT.

Summum bonum.



HVIVS libri propositū est, de summo aīe bono differere, qđ quidē summum bonū, cū conditione quādā dicitur, cū ipsū rerum oīum principium summū bonū absolute dicitur. De hoc igitur, qđ cum cōditiōe bonū, hoc in libro: de eo qđ absolute, in Parmenide disputant. Ab absolute autē hoc manat, quādamo-

dum lumen quoddā ab ipso luminis totius fonte dependet. Quāobrem in Phædone & Theæteto dictū est à Platone summum aīe bonū similitudinē esse, Nihil verō solū sit simile, nisi quādā luminis ipsius infusione. Unde & aīe bonum erit integrā diuini luminis cōsecutio. Id lumen in mentē primo, in voluntatē deinde descendit. In mente

Ambrosia. Neclar. Simmum bonum in sapientia & voluptatis mixtionē. Tres conditiones summū boni.

veritas, in voluntate gaudū in mente ambrosia, in voluntate neclar, à Platone hic & in Phædro cognominantur. Itaq; summum hōis bonū in sapientia & voluptatē mixtionē locauit. Sed autē in sola vel sapientia, vel voluptatis rōne beatitudinem consistere posse negant, ex eo quod triplex boni summi cōditio in neutro reperitur. Ea est, ut summopere perfectū sit, & sufficiens, & expetendū. Perfectum, quia nihil sibi deest. Sufficiens, quia nihil deest illi quod ipse capit. Expetendū, quia in illo & ex illo est, quicquid appeti pot. Unde quia perfectū, sufficiens: quia sufficiens, expetendum. Sanē quia sibi sat est, alteri sufficit: quia sufficit alteri, desideratur ab altero. Hæc neq; soli sapientia, neq; voluptati, sed mixto euidā ex utraq; competere demonstrantur. Vbi de voluptate & sapientia genere, origine, atq; natura per multa dicuntur, de infinito & termino, de cōposito & cōpositionis principio. Ac demum cōcluditur summum in natura bonū, & absolute, esse mensuram vniuersorū, hoc est totius nature principium. Summū verō bonum mensurā aīe esse illius primi possessionē, qđ mixtionē ex sapientia & voluptate per ritatem, cōmensurationem, & pulchritudinem conuenit. Quapp in primo bonorum gradu rerum oīum mensurā ponitur: in secundo veritas, cōmensuratio, pulchritudo: in tertio mensurā sapientiaq; in quarto scientia, ars, & opinio: in quinto temperata voluptas. Beatissiq; ut dicitur, qui & sapientiam diuinorum adeptus est, & humanorū peritū scientia quādā & arte & opinione constantē, gaudio cōtemplationis totus exultat, voluptati sensū eatenus se cōmittit, quatenus sapientia scientiaq; & gaudium impedimentū inde nullum accipiunt. Introductio ad dialogū eiusmodi est. Cū multa de summo bono vltro citroq; Socrates Philebusq; cōtulerent, atq; esset Philebus iam disputando defessus, Protarcho nup aduenienti gratulatus est, annuitq; ut prouinciā in disputando suā susceperet. Protarchus ut potē adolescens subitū est assensus. Ad quem conuersus Socrates, Considera, inquit, quam tutelam suscipias, neq; temere ad disputatiōne properes. Imo audi vtriusque sententiā prius, & eam quæ tibi reuera ratione exanimanti probabilior apparet, accipe defendendam. Sed iam ad dialogum veniamus.

Summum natura bonum & absolute, esse mensurā vniuersorū. Bonorum gradus.

SOCRATES, PROTARCHVS, PHILEBUS.



VIDE, o Protarche, quem nunc à Philebo sermonem accepturus sis, & contra quem potius, sicubi parum tibi arrideat, pugnaturus. Visne vtranque sententiā in summam redigamus? PROT. Volo equidem. SOC. Philebus quidem inquit animantibus omnibus bonum esse lætitiā,

Voluptatem, delectationem, ceteraq; huius generis omnia. Nostra autem aduersus illum disceptatio est, ut non ista quidem, sed sapere, intelligere, meminisse, & qua hisce cognata, opinio recta, veriq; rōnis discursus, meliora & potiora sint, quàm voluptas oībus quicūq; horum capacia sunt, eorumq; adeptio maxime oīum utilis sit, & presentibus, & futuris. An non hæc vtriusq; sententiā Philebe fuit? PHIL. Et maxime quidē. SOC.

An suscipis, o Protarche, eam quæ tibi nunc oblatā est disputationem? PROT. Necessē est me illam suscipere, quandoquidem Philebus pulcher ille defessus est. SOC. Oportet equidem quid in ijs verum sit, oī studio definire, PROT. Oportet sanē. SOC. Age igitur, præter hæc id insuper assueuerimus. PROT. Quidnam? SOC. Quod vtriq; nostrum habitum quendam & affectionē animi, quæ cunctis hōibus vitam exhibere beatam possit, demōstrare conetur. Nōne? PROT. Certē. SOC. Et vos quidem habitum affectionemq; lætandi, nos autē sapiendi. PROT. Sic est. SOC. Si quis verō habitus præstantior vtriq; horū videatur, idemq; voluptati cognatior sit, ac stabilimētum vitæ præstet, nōne vtriq; superabimur nos, voluptas autē sapientiam superabit? PROT. Profectō.

SOC. Sin autē sapientia sit is propinquior, vincet vtriq; sapientia voluptatē, voluptas contra succūbet. Nū ista conceditis? PROT. Mihi quidē concedenda videntur. SOC. Philebo autē quidnam videtur? PHIL. Mihi sanē voluptas prætare videtur, semperq; videbitur. Ipse autē videris, o Protarche. PROT. Cum iam iam nobis Philebe concesseris disputationis officium, haud amplius apud te assentiendi Socrati, vel dissentiendi potestas erit. PHIL. Vera dicis. Ego verō purgatum me volo, testemq; deam aduoco. PROT. Et nos quoq; testes erimus, te ista quæ dicis dixisse. Verum nos deinceps, o Socrates, vel volente Philebo, vel quomodocūq; vis, absoluerē conemur rem.

SOC. Conemur ab ipsa dea exordientes, quam hic venerem nuncupari quidem, sed verissimū ei nomen esse voluptatis, inquit. PROT. Rectē sanē. SOC. Reuerentia verō mihi semper erga deorum nomina est, non humana quidam, sed maximum quēque timorem exuperans. Eo nunc quidem venerem, quemadmodum ipsi gratum est, sic appello: voluptatem verō rem esse variā scio: Sed ab ea, ut dixi, principium facientes, quam habeat naturam, inuestigare debemus. Rem vnam quidē audimus: formas tamen varias admodum, & inuicem quodāmodo dissimiles habet. Vide n. delectari dicimus intemperantem hominem. Sed & temperantia temperantem: delectari insipientem insipientibus opinionibus, ac vana spe vndique plenum. Sed & sapientia sapientem, quæ quidem voluptates si quis dissimiles esse neget, insipientes esse merito videatur. PROT. Hæc quidem, o Socrates, ex contrarijs rebus proueniunt, non sunt tamen ipse contraria. Qui enim voluptas voluptati rerum omnium maxime similis non sit, cum sit eadem ipsa sibi? SOC.

Enimvero, o beatē, neque color à colore, ex eo quod color vnusquisque est, differt, at verō nigrum albo præter quàm quod differt, etiam contrarium esse nonimus omnes. Quinetiam figura figuræ eadē genere ipso in vniuersum est: partes autem generis eius, aut in immensum inter se differunt, aut contraria sunt etiam, ceteraque huiusmodi multa reperimus. Quam ob rem noli huic rationi,

Plures modi delectandi.

Venerem valis.

Plures modi delectandi.

distum
na quo ad
tar. Quid
parvū
ori in mi
peruenisse
tate erit.
minum ha
medium,
cum qui
cipium
iter sem
per inte
na nequit
it. Verissi
ut differ
semper n.
Nōne hoc
et? Necess
que mul
ate descri
modum
a qualibet
eter unum
dissimilia
rat a emi
aliquo cō
At verō
seris atq;
dit. Simi
um in ur
Nōne
sibi, &
vndique
umiaq;
us esset, si
arras.
Non
p. lu.
gatur vñ
in ijs. n.
lums illorū
le. Vera
multa, ne
aut mul
at, nullum
qua mini
illa pari ijs
eo quod mi
illo modo id
certē. Quæ
cipitur, aut
opinari pe
unum non
etur unum,
ia, neq; etiā
g; cōtigua,
ribus tan
re animus,
si non est.
Vera